H

THEOremata [illegible] concordantiæ
philippi et francisci [illegible]

Sanctus Thomas sup[er] a[n]i[m]am

Cagnus


LIBRARIAE UNIVERS
JAGELL CRACOV

CONCORDANTIAE CONTRADICTIONVM IN ARISTOTELIS SENTENTIIS EIVSQVE COMMENTATORIS

AVERROIS IOANNIS PHILIPPI BONI SI-
CVLI PLACIENSIS POETAE LAVREA-
TI, PHILOSOPHIAE, AC MEDICI-
NAE DOCTORIS EQVITIS-
QVE AVRATI.





VENETIIS M D XXXXI.

quissine logica habet alias scientias assimilatus
igni qui urit et nescit se urere.
veritatem logicus habet ut finem sui
quaerentes veritatem sine dubitatione
assimilantur illis qui ignorant viam
per quam oporteat transire. eos

IVNIVS PAVLVS CRASSVS PATAVINVS IOANNI PHILIPPO Bono Medicinæ, Philosophiæ, equestrisq; ordinis insignibus prædito. S. P. D.



IMILEM SIBI VIDERI HOMINVM VITAM DICEBAT
Pythagoras, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu tota ad eum
græcia confluente. quoniam vt illic alii corporum exercitatione gloriam quærerent, alii
emendis, aut vendendis rebus lucri cupiditate ducerentur, alii variis impudicæ volupta/
tis illecebris caperentur. Esset autem aliud quoddam genus eorum, idque vel nobilis/
simum, qui non gloriæ, non quæstus, non voluptatum, sed visendi tantum causa conue/
nirent; accurateq;, quid ab aliis, & quomodo ageretur, perspicerent. Perinde nos quasi in
mercatus quandam celebritatem sic in hanc vitam profectos alios gloriæ seruire, alios pecuniæ, alios veluti
pecora voluptatibus, ventriq; operam dare. raros esse quosdam, qui cæteris omnibus neglectis rerum causas
studiose scrutarentur, vtq; in eo mercatu maxime ingenuum esset, spectare, nihil præterea sibi conquerētem,
sic in vita longe omnibus aliis rerum naturæ contemplationem, atq; notitiam esse anteponendam, quique
in ea excellerent, proxime ad deorum naturam accedere, philosophosq;, idest sapientiæ amicos appellari. Tu
Philippe vir optime iuxta atq; eruditissime in hoc vltimo genere, neque postremo quidem subsellio iudicio
meo collocandus es. Omnia enim alia falsa, incerta, caduca, mobilia duxisti, virtus vna tibi clara æternaque
visa est, altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari possit nullo vnquam dimoueri loco.
Quam ob rem lucem illam præclari tui, atq; excellentis. ingenii, quam omnes, qui te nouerunt, diuinam sem
per & singularem arbitrati sunt, non ocio atq; socordia contabescere, non inter fœdissimas voluptatum sor/
des obscurari & restingui passus es. Sed Platonem, Anaxagoram, Xenocratem, ipsum tuum præceptorem
Aristotelem imitatus amicis, parentibus, patria, propriis deniq; commodis pro nihilo habitis longinquas re
giones adiisti, vt animum tuum virtutum ornamētis excoleres, eiusq; potius, q̃ corporis & fortunæ opibus
cæteros homines ante ires. Id tu cumulatissime assecutus non perinde, atque auari acquisitos thesauros defo
dere, atque occultare voluisti, sed eos diuulgasti, & ad communem vsum exposuisti. Hi tui nāq; commētarii,
quos nuper edendos curasti, quantos in philosophia progressus feceris, amplissime testantur, bonarumq; ar/
tium studiosis magnas vtilitates afferunt. Siquidem in ipsis nihil est, quod quispiam desideret: obscurissimos
enim philosophiæ locos illustrasti, maximarum rerum abditissimas causas aperuisti, difficillimarum quęstio
num nodos dissoluisti, idq; oratione candida, ornata, atque perspicua. Quare omnes sapientiæ appetentes
librum hunc perlegere, assidue voluere, atq; conterere debent. Vberrimos enim inde fructus percipient, &
alia exploranda ipsorum ingenia mirifice excitabuntur. Perge itaq; mi Philippe, & quę maiora animus tuus
parturit, aliquando pariat. nihil est enim præstantius apud mortales, nihil diuinius, q̃ publicæ philosophari,
& cunctorum hominum ignorantiæ opitulari. Vale ex vrbe Patauio Nonis Iuniis.

EXCELLENTISSIMO HIERONYMO STEPHANELLO PATAVINO, ARTIVM, ET MEDICINAE, DOCTORI, PHILOSOPHIAM IN ALMO GYMNASIO Patauino Publice profitenti: Ioannes Philippus Bonus, Siculus, Placiensis: fœlicitatem.



CVM DVPLEX SIT, HOMINVM VITA DOCTOR EXcellens(vt placet philoſopho.) Altera intelligendi philoſophandiu'e: Altera veragendi. In harum neutra otio locus datur. Non deſunt, tertium quodam viuend genus addẽtes molle, ac voluptuarium vocatum. Quale, Smyndirides, Sibarites: quale Sardanapalus Aſſyrius adamauit, Sed huiuſmodi vita belluarum eſt non hominum, atq; digna prorſus cum de rationalium vita agitur, vt ſermonem effugiat. Otio ſane & ingenium langueſcit, & corpus, & nihil virtuti pernitioſius, infeſtiuſu'e inſpicitur. Nec putandum ratione animal prȩditum ad cibum, potumu'e, & leuem, atq; prurientem ſenſuum titilationem in natura rerum exiſtere. Qua de cauſa priſcis, ac prudẽtiſſimis Regibus, morem fuiſſe legimus, vt filios poſt iuſtitiȩ inſtitutionem, quæ regni firmum (vt Plato docet) eſt fundamentum, venationibus exercerent. Id vero, vt citra multa vtilia, ne tabefacti marceſcerent. Hoc etiam Principibus illis, quos ob virtutis præſtantiam heroas appellauit antiquitas: nimis familiare extitit. Legitur quoq; Philippo Macedonum regi dictum fuiſſe, cum ſemel pro cauſa haud iudicata ſibi otiũ non eſſe dixiſſet: Noli te regem eſſe, ſi eſſe vis otioſus. Ne igitur huic virtutum impedimento, obſequium præſtare: vires mei exigui ingenii non exercendo: quamprimum quum in hoc celeberrimo gymnaſio philoſophiȩ ſtudiis operam nauarem, nonnullas in Ariſtotelis eiuſq; interpretis Auerrois verbis apparentes oppoſitiones pro viribus ſedare conatus ſum, breuitati quantum fuit poſſibile ſtudens. Licet hoc quoq; maleuolorum mordacitati ſubiici compertum ſit. Scio enim Platonem tradidiſſe, nullum ſcribendi modum à mordacitate remotum. Sicut etiam medicorum lumen Galenus meminit. Nec voluntarie has ſententias concordes eſſe oſtenderim, mei ſolum intellectus ſententiȩ adhærendo. Sed Ariſtotelem per ipſummet, Auerroemq; per Auerroem dilucidare tentaui, & plurium ex grȩcorum latinorumu'e cœtu, peripateticam diſciplinam recte ſequentium & nugas ſophiſticas aufugientium & prȩcipue illius Doctiſſimi Zimaræ tui præceptoris doctrinam ſectatus ſum. Multis enim oppoſitionibus doctiſſimus ille vir ſolutiones dedit, quas ſuo contradictionum opuſculo non ſcripſerit, quas collegi, & huic noſtro libello inſerere decreui. Quem non auræ popularis ſtudio, ſed vt amicorum precibus obtemperarem, edere intendo. Quod ſub tui nominis clipeo exequi decreui: licet munus tanto viro non ſit dignum. In hac enim Patauina Achademia, cuius nomen per totum Terrarum orbem reſonat: & verum famam ſuperat: tu literarum, cȩterarumq; virtutũ veluti gemma lucida exiſtis. At non ad muneris paucitatem, ſed ad dantis intentionem oculos habeas. Suſcipe igitur mi prȩceptor primum tuæ arboris fructum, & ab ore liuidorum cuſtodias. Et ſi omnium opifex nobis vitam conceſſerit altiora expecta. Vale Patauii Calendis Aprilis. 1541.

CONCORDANTIAE IN ARISTOTELIS SENTENTIIS, EIVSQVE COMMENTATORIS AVERROIS, EXCELLENTISSIMI DOMINI IOANNIS PHILIPPI BONI Siculi Placiensis, Poetæ Laureati, Philosophiæ, ac Medicinæ, doctoris: equitisque Aurati.

VTRVM MEDIVM EX EXTREMIS COMPOSITVM, SPETIE AB EIS DIFFERAT. CONCORDANTIA PRIMA.



Ver.3.de.anima.4.ait circa finem: Contraria enim alia sunt in spetie a medijs. Et.6.phy.32.post dimidium dicit: Et intelligo hic per medium non illud quod diuersatur secundum magis & minus. Sed illud quod diuersatur secundum formam, & qualitatem. Quoniam palidum non differt ab albo secundum magis & minus: sed secundum qualitatem. Et si non, esset eiusdem spetiei. Et.3.metheororum.cap.de Yride dicit. Medium autem dicitur, secundum duas speties. Vnum eorum secundum veritatem, & prius. & est medium inter duo contraria. Cuius esse consistit in complexione duarum extremitatum. & ipsum secundum quiditatem, est diuersum a duabus extremitatibus. Secundum autem dicitur similitudinarie, & secundum posterius. & est medium inter duo contraria secundum quantitatem tantum. Sed diuersificatur secundum magis & minus a duobus extremis. Hæ auctoritates adeo efficaces videntur: ꝙ multi tenuere, (vt Paulus venetus.1.phy.46.& alij) ꝙ spetie differant talia media ab extremis. Et sunt composita fundamentaliter ex ipsis. sicut forma mixti. Quia forma mixti si esset composita, ex elementis: esset corpus. quia esset composita ex quattuor elementorum corporibus. Et ideo in materia recipi non posset. Quia in materia corpus non recipitur. Eodem modo isti colores medij, sunt compositi ex extremis, tanquam ex fundamento. quia necesse est, vt sint in subiecto. Et ꝙ materia fuerit predisposita formis extremis. Et ista positio ꝙ media ista ab extremis spetie differant: est quasi via cõmunis. vt dicit burleus.6.phy.32. ❡ Oppositum tamen dicit auer.10.metha.23.vbi ait. Et ideo si media differunt in spetie ab extremis: non esset illic iter quod est necessarium in motu. vt declaratum est in naturalibus. Nec esset illic transmutatio omnino. ❡ Ad hoc respondetur. Et pro ipsius dubitationis tituli declaratione, est notandum. Quod medium (vt ait simplicius in expositione.43.1.de physico auditu) est triplex. Quodam dicitur medium, per abnegationem extremorum. vt lapis neq; cæcus, neq; videns. Alio modo dicitur medium, per participationem extremorum. vt temperatum, & palidum.5.phy.32. Tertio modo dicitur medium: quod continet virtutem, & actus extremorum. vt.4.cœli.22.vt aer, & aqua. sunt media. inter ignem & terram. Et hoc, quia continent virtutes extremorum. Quia descendunt, & ascendunt, secundum ꝙ locantur. dubium nostrum est, de medio secundũ compositionem. Sed antequam dicta oppositio soluatur. Pro maiori notitia videndũ est breuiter: quia ad longum de hoc tractare, non intendo. Vtrum talia media secundum compositionem, contineant extrema realiter, vel secundum virtutem tantum? ❡ Vna est via, quam sequitur sanctus Thomas, Scotus, Burleus, Pomponatius, & magna latinorum pars. s. ꝙ media contineant virtualiter extrema. Et contra aliam viam, arguitur. Data veritate istius positionis, sequeretur ꝙ contraria essent simul in eodem. contra Aristo.10.metha.& alibi. Secundo sequeretur, ꝙ forma illa media esset composita: contra Gilbertum porretanum in libro sex principiorum. Tertio sequeretur, ꝙ ex duabus spetiebus, fieret tertia speties contra porphy.cap.de differentia. Quarto & magis vrget. Auer.10.metha.7.ait. Contraria vero habentia medium: possunt esse in medio potentia: non actu nec perfecte. Et sic ista via tenet, ꝙ media sunt simplices formæ inter extrema, & non sunt compositæ ex extremis tanquam ex partibus. Et omnes auctoritates incontrarium, soluunt. Dicendo ꝙ ista compositio intelligitur secundum virtutem. Et ꝙ media licet in se sint formæ simplices, non habentes compositionem realem: tamen in ipsis medijs continentur extrema. vt tepiditas est forma simplex, non composita ex calido & frigido realiter: sed secundum virtutem. quia habet virtutem infrigidandi calidum: & calefaciendi frigidum. Et ideo medium habet virtutes extremorum. Eodem modo palidum est medium inter album & nigrum. Et secundũ virtutẽ dicitur compositum. Et hoc modo glosant auctoritatem auer.56.1.phy.& omnes alias. ❡ Alia est via quæ videtur via Aristo. vt patet.1.phy.46.10.metha.27.& Alexandri, Ioannis grammatici, simplicij, auerrois, & multorum ex modernis. Vt Ioannis hyspani, Zimaræ, & aliorum clarissimorum virorum. Et ista via est, ꝙ media ex extremis componuntur. Et ista extrema quando refranguntur per alterationem, & actionem, possunt se compacti. Et nisi hoc esset: tolleretur mixtio & complexio, & sic tota medicina rueret. Videas.2.de generatione.48.vbi habetur. ꝙ quando elementa veniunt ad mixtionem: necesse est intensiones elementorum remitti. Et cum hoc fundamento.3.celi.67. Auer. mirabili artificio processit. Quod quando elementa veniunt ad mixtionem: corrumpuntur secundum qualitates extremas: & reducuntur ad medium: & fit forma mixti. quæ est superaddita elementorum formis: & non est composita ex eis. Ita dicit Aristo.2.de generatione contra empedoclẽ. Et Auer.7.metha. vltimo. Forma carnis non est terra nec ignis. Et hæc via est mens auer.1.phy.56,5.phy.6.19.et.10.metha.

Opinio multorũ.

Mediũ triplex.

An media realiter cõtineant extrema?

+ ꝙ colores nõ cõpununtur ex duobus s. albo et nigro s. auer 4 metha 27 ait.

Opinio alex, Io. grãma, simpli, & auer.

23.4 cæli.26.2.de anima.95 & .5.phy.52.Et ista fuit indubitata mens Auer.Et aliter intelligere,auctoritates commentatoris: est
glosare violenter,& præter eius intentionem.vt patet.Vnde Burleus , & si ex opposita parte fuerit: ab ipsa tamen veritate coa-
ctus.5.phy.52.ait ꝙ mens Auer.est ꝙ contraria manent actualiter & realiter in medio.Et ꝙ dicta Commentatoris ibi non pos-
sunt nisi violenter glosari.¶Ad argumenta vero,respondetur.Et ad primum,dicitur,Quòd non est inconueniens:ꝙ sub esse refra
cto,duo contraria sint in eodem.Ad secundum dicitur.Quòd secundum hanc viam non dicitur , ꝙ media dicant formam realiter
distinctam ab extremis.Ad tertium dicitur,Quòd argnmentum non concludit,contra viam Auer. Quia media inter contraria
non sunt specie distincta ab extremis.Et si dicitur,ꝙ in libro de sensu & sesibili ponuntur septem colorum species.Respondetur,ꝙ
duę sunt simplices species:alię sunt compositę.Ad quartum ad auctoritatem Auer.& etiam Aristo.dicitur,ꝙ Arist. & Commen
tator volunt demonstrare,ꝙ in omni genere est vnum primum quod est mensura omnium.Et ponitur exemplum in coloribus . Et
isto modo dicit Auer.ꝙ colores medij non sunt compositi ex extremis,in ratione mensurę.Immo in ratione mẽsurę componuntur ex
albo.Quia est mensura eorum. Ad quintum dicitur,quòd Auer.in.4.metha.27.per potentiam non intellexit:puram potentiam.
Enucleatio dicti Auer.4. meth.27. Sed intellexit potentiam,actui admistam.Sicut in simili ipse dixit,in fine primi de gene.vbi exponit quomodo elementa sunt potē-
tia in mixto.Per potentiam exponit:pro quanto non sunt in mixto:in suo esse perfecto:sed refracto.Hæc pro questione ista: Plura
alia dubia adduci possent:quæ,si bene ista positio consideretur:nihil concludunt aduersus eam.Et ideo breuitatis gratia omittan-
tur.Vnum tamen circa dicta animaduersione dignum est.Quòd licet dictum sit,ꝙ extremi colores,sint realiter in medio:quem-
admodum elementa secundum Auer.sunt in mixto.Non tamen intelligas,sic etiam esse,de forma ipsius mixti: ꝙ sit realiter com-
posita ex ipsis elementis.Quòd et si etiam Auer.3.cęli.67. dicit,ꝙ elementa sunt in mixto refracta:sicut colores medij ex extre-
mis, & forma coloris medij est cōposita ex estremis.5.phy.52.igitur eodem modo est forma mixti.Hoc non sequitur.Quia dictum
illud debet intelligi sano modo.Quia exemplorum manifestatio,& non verificatio requiritur.2.de anima.67.Et ista similitudo de
In quo cō sistat similitudo Auer.3 cæli 67. bet intelligi,quantum ad hoc:quia sicut manent extremi colores in medio:sic elementa in mixto. Sed aliud est mixtum . Et aliud
forma mixti.Et ꝙ non possit esse eadem,ratio est.Quia elementum est materia formæ mixti.Et materia non potest esse pars essentia-
lis suæ formæ,Insuper si forma mixiti essentialiter est composita ex formis elementorum:cum formę illæ non sunt separabiles:tunc
igitur erit etiam forma illa composita ex materia elementorum.Et ista forma mixti esset essentialiter composita ex corporibus.
Sed omne compositum ex corporibus est corpus.Igitur forma ipsius mixti esset corpus.Sed nullum corpus est perfectio, neque for-
ma corporis,vt probatur.2.de anima.26.Quia corpus in subiecto,sicut forma,esse non potest.Etiā sequeretur:ꝙ forma mixti pos-
sit intendi,& remitti.Quia sicut colores medij intenduntur,& remittuntur:eodem modo,cum elementa secundum Auer.Inten-
dantur,& remittantur:ita esset de forma mixti.Relinquitur ergo,quòd non sit eadem ratio.Et ratio diuersitatis est: quia forma
ma coloris non habet materiam:sicut forma elementi,vt ait Aristo.8.meta.12.de quo solet fieri questio.sed pro nunc supponatur.
Et ideo formæ colorum possunt refrangi:vt resultet tertia forma.Nec tamen sic est de elementis.Et hęc est mens Auer.7.metha.
60.quòd caro non est terra,neque ignis.Sed aliquid additum.Et.1.de anima.77.primo de gene.84.& .5. metha.6.& alibi.vult
quòd in compositis est natura superaddita:naturis componentibus.De his satis.¶Redeundo ad principale intentum,dico.Quòd
In compositis a natura superaddita naturis componētibus Mediū secundū magis & minus. Medium seecundum compositionem(vt ait Auer.6.phy.32.& .3.metheororum)est duplex.s.Medium secundum magis & minus.
Et quodam est medium,secundum formam seu qualitatē.Medium secundum magis & minus,est, ad quod non terminatur motus.
Et fit tale necessarium ex comixtione contrariorum,in subiecto quod transmutatur,de vno extremo ad aliud:& tale est in poten
tia & sunt variabilia in infinitum.Vt in trāsmutatione nigri in album:magis album & minus album,sunt media secundum ma
gis & minus.Et ista media non est dubium(quidquid alij dicant)non differre specie ab extremis.Sed solum differunt secundum
magis & minus.Hęc enim est expressa sententia Auer.in duobus locis citatis.Dubium autem remanet solum de medio secundum
Mediū fm formā seu qualitatē. formam seu qualitatem.Quod medium est illud quod vere quum acquiritur,terminat motum.Et tale est terminatū(vt dicit Auer.)
Tamen quidquid dicatur ab alijs in hoc dubio:dico quòd Auer.vult,quòd non differat specie ab extremis tale medium. 10. metha.
23,Vbi facit hanc consequentiam.Si essent media specie distincta ab extremis:non posset fieri motus de extremo ad extremum.Quā
Deductio consequentiæ Auer. 10. meth. consequentiam non deducit.Tamen per ea quę scribit philosophus.5.phy.hoc modo deducitur.Quia forma quę fluit,In motu ve-
ro,oportet,vt suscipiat magis & minus.3 phy.4.& .5.phy.9.motus pro forma fluente non differt spetie a termino motus:sed solum
secundum magis & minus accidentaliter:ita etiam,quælibet forma quæ fluit in motu vno & continuo,debet esse vna secundum
essentiam.Hoc stante deducitur consequentia.Si media inter contraria essent spetie distincta:non posset aliquid transire de albe-
dine in nigredinem:quia oportet quòd trāseat per medium.5.phy.22.Tunc quęritur vtrum ista paledo,quę mediat inter nigredi-
nem & albedinem:sit spetie distincta ab extremis aut non?si sic.ergo iste motus non esset vnus secundum speciem:quia mobile nō
esset vnum secundum speciem in toto motu.Et ideo ista paledo non est spetie distincta ab extremis.Immo nihil aliud dicit,nisi tan-
tum nigredinem & albedinem.Et si diceretur quòd non est verum hoc.sequeretur contra Aristo.5.phy.31.vbi habet, quòd deal
batio cuilibet dealbationi est eadem.Arist.3.phy.33.dicit quòd ad vnitatem specificam motus,requiritur vnitas medij.Si esset gra
ue quod descenderet ad centrum per cordam:& aliud per arcum:isti sunt motus spetie distincti . Pono quòd vna dealbatio fiat:à
nigredine in albedinem per medium paledinis:& alia per medium viredinis.Ergo si media differant spetie ab extremis:dealbatio
cuilibet dealbationi non esset eadem contra Aristo.Et ideo media non sunt spetie distincta ab extremis.Et licet Auer. videatur di
cere,quòd contraria sint alia in spetie à medijs.Hoc debet intelligi,non quia medium spetie ab extremo merito sui differat:sed me
rito alterius extremi formaliter existentis in medio subesse refracto.Et hęc est sententia ipsius Auer.¶Non est relinquendum ta-
men.Quòd mirum est de Ioanne andegauense in paruis naturalibus.q.19.de sensu & sensibili.vbi dixit:quòd quilibet gradus al
Contra Ioannem andagauensē bedinis ad quē terminatur motus causet,alium & alium colorem secundum spetiem.Falsum enim est.& sibi ipsi videtur repugna-
re:in.5.de physico auditu.q.8.Vbi in corpore questionis videtur oppositum istius positionis tenere . Et suę solutiones ad obiectum
contra se nihil valent:si funditus penetrentur.Immo ipsemet in.5.phy.illud argumentum quod soluere conatur in paruis natura-
libus:assumit ad probandum suum intentum.vt patet recte intuenti. Accideret enim infinitos esse colores medios. Vnde Auer.huic
opinioni aduersatur.6.phy.32.Et per sua verba patet:quòd non quilibet gradus albedinis cum nigredine, causat alium at alium
colorem.

colorē mediū, ſpē diſtinctum ab extremis mō declarato: ſed determinatū. Nā vt dicitur in lib. de coloribus, nō quilibet gradus albedinis cum nigredine, cauſat aliū colorē. Sed requiritur ēt debita proportio & mixtio lucidi cum opaco. Vnde Auer. dicit loco alleg. Manifeſtum eſt in coloribus cum bene apparet ꝙ inter colores ſunt media finita in numero naturaliter. Et intelligo hic per mediū, nō illud qđ diuerſatur ſecundum magis & minus: ſed illud quod diuerſatur ſecundum formā & qualitatem. Neſcio quo pacto, iſte magnus vir ab errore ſit immunis ſic abſolute talia proferēdo vt ipſe protulit. Et hæc pro præſenti cōcordātia dicta ſufficiant.

Quid requirat vt cauſet medius color.

VTRVM TERMINI MOTVS SEMPER SPETIE DIFFERRE HABENT. CONCORDANTIA. SECVNDA.

ARiſto. 1. cœli. 86. ait, Oportet igitur ſpē differre ex quo & in qđ. Ex qbus patet, ꝙ termini motus ſpē differre debēt. ¶ Oppoſitum huius videtur, in. 5. de phyſico auditu. 19. vbi hētur. Quæ aūt in eadē ſpē mutatio in magis & minus alteratio ē. Ex quibus apparet: ꝙ aliqñ termini motus ſpē nō differunt. Nā ſi in eadem ſpē motus fit, termini motus eiuſdē ſpēi ſunt. Vt qñ fit mutatio ab albo in minus album. ¶ Ad hoc rñdetur. Et pro rñſione aſſumo verba Auer. 5 phyſi. 52. vbi ait. Quod in tranſmutatione quæ fit de viridi in album viride eſt quaſi nigrū. Viride. n. nō tranſmutatur in album, niſi ſecūdū ꝙ eſt in eo de nigro: nō ſecūdū ꝙ eſt in eo de albo. Et ēt qñ tranſmutatur viride in nigrum, trāſmutatur ſecundum ꝙ eſt in eo de albo. Et ſimiliter qñ albū tranſmutatur in viride, tranſmutatur in nigrum, qđ eſt in viridi. Et qñ nigrū trāſmutatur in viride, tranſmutatur in album quod eſt in eo. Et hoc eſt cōformiter dictum Ariſto. ſententiæ in pluribus locis. Quòd motus fit de contrario in cōtrarium: & termini motus ſemp ſpē differunt. 1. cœli. 86. Nam ſi fit motus ex vno extremo ad aliud ſimpliciter, vt ab albedine in nigredinē ſimpliciter, clarum eſt ꝙ fit iſte motus inter terminos ſpē differētes. Si fit ēt motus ab albo in viride qđ mediū, fit ēt iſte motus inter contraria ſpē differētia: quia vt patet per Auer. fit ab albo in nigrum qđ in viridi cōtinetur. Eadē rō eſt, ſi motus ēt fiat, ab albo in minus albū. Fit. n. ex cōtrario in cōtrariū: quia minus nō fit, niſi ex mixtiōe cōtrarij, in hebētibus cōtraria. vt dicit Auer. 5. phy. 19. & 43. Et ēt fit ex albo in aliquod nigrū. Verba ſunt ipſius Auer. 19. eiuſdē. 5. vbi ait. Cū igitur trāſmutatio fuerit de magis in maius, dicetur trāſmutari ad cōtrarium, qm̄ nō fit minus, niſi ex mixtione cōtrarij. Verbi gratia, qm̄ id qđ eſt magis album, quod trāſmutatur ad minus album dicitur trāſmutari ad aliquod nigrum, & quum ecōuerſo, dicitur trāſmutari ad aliqđ albū. Et hinc patet. q̄ grauiter errēt dicētes, ꝙ trāſmutatio quæ eſt in eadē ſpē eſt de cōtrario in cōtrarium aliquo modo. Quia trāſmutatio quæ eſt in eadem ſpetie eſt de magis ad minus vel ecōuerſo, pp cōtrarietatem quæ eſt inter magis & minus. Et ideo quum in eadem ſpetie fit trāſmutatio de magis ad minus dicetur trāſmutatio ad cōtrarium aliquo mō. Nō ꝙ in eadem ſpē illud qđ fit minus, fiat minus ex amixtiōe cōtrarij. Vt verbi gratia, illud qđ eſt magis album, quū trāſmutatur: dicitur trāſmutari ad aliquod album: & nō ad nigrum. Similiter ſi trāſmutatur de minus albo ad magis album, dicitur trāſmutari de aliquo albo, & nō de aliquo nigro, in aliquod album. Et magis & minus in eadē ſpē nō cōtrariātur, quia habēt admixtionem alterius cōtrarij, ſicut in ſpetie albi, ꝙ dicitur aliquod magis vel minus album pp maiorē vel minorem admixtionem nigredinis: ſed ſolum, quia talis forma hēt latitudinē, quātum ad eſſe magis & minus perfectum, quæ faciūt diuerſos gradus in eadem forma. Iſta poſitio erronea. expreſſe. n. eſt cōtra Ariſto, & Auer. doctrinā. 5. phy. 19. 43. & 2. cœli. 37. vbi habetur. Quòd minus fit ex mixtione cōtrarij: In cōtraria habētibus. & ſi in cōtraria habētibus dubium ſit an ſit vniuerſaliter verum. Cuius rei cōſideratio nō eſt pręſentis ſpeculatiōis. Contra iſtam poſitionem dubium nō eſt, quia loquimur in qualitatibus ſecundis. Et quod peius eſt, ꝙ forſan ipſi credūt ſe de intētione Auer. loquutos. Sed ſi hoc credūt, puto alterꝝ duoꝝ dicēdū, vel ꝙ ipſi habuerūt literā Auer. penitus deprauatā, & inepti ad correptionē fuerint, vel ꝙ ſenſu viſus caruerint. Tñ de iſtis cura nō ſit, in pluribus. n. Auer. mētē ſe nō habuiſſe oſtēdūt. Relinqtur ergo, ꝙ per Auer. hēmus, ꝙ ſi mutatio fiat, ab albo ad viride, ſiue ad minus albū. ſemp fit mutatio ad aliqđ nigrū: mō ꝛ ūc nūc declarādo. Et per cōſequēs ad diſtinctū ſpē, a termino a quo. Et termini motus ſpē diſtincti erunt. Vnde inter quæcūꝙ iſtoꝝ trāſmutatio fiat, nō eſt differētia in hoc: ꝙ ſemp de cōtrario in cōtrariū fiat & ſpē differāt. vt patebit. Vñ notādum eſt, ꝙ vt dicit Auer. 5. phy. 19. Mutatio ſemp eſt inter cōtraria, ſed diuerſimode. Quia in trāſmutatiōe ſimpliciter, cōtraria ſunt ſimpliciter. Et in trāſmutatione quodāmodo, cōtraria ſunt quodāmodo. Et pro declaratiōe, ſumo, ꝙ cōtraria ſunt realiter in medio in eſſe refracto. vt eſt ſentētia Auer, 5. phy 52. 1. phy. 56. & alibi. Hoc ſtāte dico, ꝙ cōtrarietas, eſt, duplex ſecūdū ꝙ ipſa extrema cōtraria dupliciter inueniuntur. ſ. in ſua pfectione, & in eſſe remiſſo. Cōtrarietas ſimpliciter inuenitur, inter extrema exiſtētia in ſua vltima perfectione. Cōtrarietas quodāmodo inuenitur, inter ipſa quū nō exiſtunt in ſua vltima pfectiōe, ſed in eſſe refracto. Et iſta cōtrarietas inuenitur, inter extremum & medium. Vt inter album & viride, qa in viridi eſt, album remiſſum, & nigrum remiſſum pp albedinis admixtionē. Et certum eſt, ꝙ inter album extremum, & album in viridi, non eſt cōtrarietas. Et ꝙ ſit verum Auer. dicit. 5. phy. 52. ꝙ ab albo ad viride fit motus, pp nigrum, & nō pp album. Relinquitur ergo ꝙ ſit cōtrarietas, inter album, & illud nigrum in viridi exiſtēs & illud eſt remiſſum, & nō in ſua vltima perfectione, ſicut album extremum. Sequitur igitur, ꝙ cōtrarietas nō ſit ſimpliciter, cū illud nigrum ſit, aliquo modo reductum ad compoſſibilitatem cum albo. Reſtat ergo ꝙ inter cōtraria ſimpliciter trāſmutatio ſit ſimpliciter, Quia in tali mutatione extremum in ſua vltima perfectione acquiritur. vt quum motus fit ab albedine in nigredinē. Inter extremum & medium quæ ſunt cōtraria quoquomodo, vt dictum eſt fit mutatio quoquomodo. Quia in tali mutatione extremum in ſua vltima perfectione nō acquiritur, ſed quodāmodo. vt quū fit motus ab albedine in viredinē, acquiritur nigredo, ſub eſſe tali refracto, & nō ſimpliciter. Quia in tali motu, ab albo in nigrum tale in viridi exiſtēs, fit motus. vt dicebat Auer. Et totum hoc habetur ex verbis Auer. 52. 5. phy. dum ait. Et dixit tanq̄ ad cōtraria quodāmodo, quia medium eſt cōtrarium vtriꝙ extremoꝝ, nō ſimpliciter ſicut alterum extremum eſt cōtrarium reliquo. Sed mediū eſt cōtrarium vtriꝙ per illud quod eſt in eo de reliquo extremo & cōtrarietas eius differt a cōtrarietate extremi in hoc, qm̄ cōtrarium in eo. ſ. vnum extremum nō eſt in ſua vltima pfectione ſicut eſt in ipſo extremo. hęc ibi. Cōtrarietas ēt quodāmodo inuenitur, inter album & minus album, quod ab Auer. nō vocatur medium ſecundum formā, qm̄ & ſi minus album, nigrum in tāta quātitate & proportione in ſe non hēat, ꝙ poſſit cōſtituere medium colorē determinatum, vt viride &c. tñ nigrum in ſe hēt, qđ reſpectu albi in ſua vltima pfectione exiſtentis, minus tale ipſum

Minus fit ex commixtione cōtrarii in habētibus cōtraria.

Tranſmutatio ſimplicit' trāſmutatio quodāmō

Contrarietas eſt duplex.

mutatio ſimpliciter qñ fit.

mutatio quoquomō qñ fit.

medium quo pacto eſt contrariū vtriꝙ extremoꝝ.

facit. Et inter album extremum, & tale nigrum cõtrarietas est, licet nõ tãta sicut est inter album & illud nigrum quod in viridi cõtinetur, quia istud nõ est tã refractum sicut illud. Et ꝙ totum hoc sit verum patet per Auer. 5. phy. 19. vbi ait. Quod minus fit ex mixtione cõtrarii. Et quum trãsmutatur magis album, ad minus, trãsmutatio fit ad aliquod nigrum. Relinquitur ergo ꝙ si motus fiat ab albedine in nigredinẽ, vel in viredinẽ, vel in minus album semper fit motus, de cõtrario in cõtrarium, quia ad nigrum, verũ nõ ad cõtrarium semper vniformiter, sed diuersimode, secundum ꝙ ipsum diuersatur, respectu suę vltimæ pfectiõis. Et ẽt semper motus fit ad terminum ad quem spetie distinctum: quia ad nigredinẽ mõ dicto, quę spẽ differt ab albedine. ¶ Tñ est dubium, Si vtrunq̃ medium in se hẽt nigredinem, respectu extremi albi, ad quam semper est motus, & sic termini motus differunt spetie. & hoc est de mente Auer. Quõ dictum fuit in præcedenti cõcordantia, ꝙ talia media de mente Auer. spẽ ab extremis nõ differunt? ¶ Ad hoc faciliter rñdetur. Et dico ꝙ dictũ fuit, ꝙ mediũ absolute loquendo, nõ differt spẽ, quia nõ dicit spẽm simplicem distinctã. Sed bene fuit concessum, ꝙ merito cõtrarii realiter contenti in esse refracto, differt spẽ ab extremis. Vnde diximus, ꝙ quo quomodo spẽ differt, & quoquo mõ non. ¶ Etiã dubitatur si tam minus album, quod non est, medium secundum formam, q̃ viride quod est medium secundum formam, nigrum cõtinet, licet diuersimode, per quod ab albo spẽ differt. Cur ab Auer. vnum vocatur, medium secundum formã, & dicit, ꝙ spẽ differt ab extremis. 6. phy. 32. & aliud nõ sic vocatur? ¶ Ad hoc dico. ꝙ palidum vocatur medium secundum formã, & dicit ꝙ spẽ ab extremis differt, nõ quia minus album, ẽt rõne nigri inclusi, licet diuersimode, ab albo spẽ nõ differat. Sed quia nõ cõtinet nigredinẽ in tãta quãtitate & proportione, ꝙ possit cõstituere mediũ colorem terminatum, vt est palidum, viride &c. Quia nõ quælibet proportio, vt dicitur in lib. de coloribus, facit medium colorem. Et iõ ista duo media hñt, diuersa nomina, propter diuersam nigredinis participationẽ. ¶ Restat nunc soluere. Si mutatio ab albo ad minus album, est mutatio ab albo ad aliquod nigrum, vnde est ꝙ Aristo. vocat eã, in eadẽ spẽ? Cum album & nigrum illud, in eadẽ spẽ minime sint? Et hoc multos ex modernis vexauit, intãtum ꝙ reprehendunt expresse Auer. in hoc. ¶ Ad hoc dico, præhabitis bene intellectis. Quòd Arist. dixit hanc mutationem esse in eadẽ spẽ, non, ꝙ talis mutatio ab albo, ad aliquod nigrum modo declarato (vt isti credunt) contra Auer. non sit, & ꝙ tale nigrum non sit alterius spẽi, & ꝙ tale nigrum, minus album nõ contineat, respectu cuius contrarium sit. Sed dixit ꝙ minus album est in eadem spẽ cũm albo, quia ex mixtione illius nigri cum albo realiter existentis in minus albo, non resultat vna simplex spẽs ab extremis distincta. Sed nihil aliud dicit, minus album, nisi albedinem & nigredinem illo modo remissam. Et verba Aristo. valent contradicentes ꝙ quilibet gradus albedinis ad quem motus terminari põt, causet alium & alium colorem spẽ distinctum. Si hoc esset verum, philosophus non dixisset, ꝙ talis mutatio fit in eadẽ spetie. Ecce quomodo verum vero consonat ex omni parte. Et si bene omnia hæc ponderentur, facile patebit, omnia argumenta Burlei, 5. phy. 52. contra Auer. adducta, nulla esse. Et hæc sufficiant pro præsenti concordantia.

Non quælibet pportio facit colorem medium

VTRVM INTELLECTVS AGENS DE MENTE AVER. SIT DEVS, VT POSVIT ALEXANDER. CONCORDANTIA TERTIA.

AVer. 3. de anima. 20. ait. Et nos conuenimus cum Alexandro, in modo ponendi intellectum agentem, & differimus ab eo, in natura intellectus materialis. Ex quibus habetur, ꝙ de mente ipsius Auer. intellectus agẽs, deus est. Hæc. n. est Alexandri mẽs. ¶ Huius oppositũ habetur, ab ipso Auer. 3. de anima. 5. vbi de virtute intellectiua loquens, dicit. Secundũ igitur ꝙ intellecta mouent eam, est passiua, & secundum ꝙ mouentur ab ea est actiua. Et ideo dicit Aristo. post, ꝙ necesse est, ponere in anima rationali has duas differentias s. virtutem actionis & virtutem passionis. Et dicit aperte, ꝙ vtraq̃ pars eius est neq̃ generabilis, neq̃ corruptibilis, vt post apparebit. Ex quibus habetur, ꝙ deus intellectus agens non est. Cum intellectus agens per Auer. animæ pars & differentia sit. ¶ Ad hoc respondetur. quòd & si multi magni viri tenuere intellectum agentem, in via Auer. deum esse. Tamen in multis locis Auer. ostendit, de eius intentione oppositum esse. Quia si intellectus agens, pars animæ, & differentia est, deus esse non potest. Nullibi enim habetur ab Aristo. eiusq̃ Commentatore deum animæ nostræ partem & differentiam esse. Hoc enim valde remotum est, ab excellentia & simplicitate dei. Et ad auctoritatem. 20. tertij de anima dico ꝙ aliud est cõuenire cum aliquo in re posita, & aliud est conuenire in modo ponendi. Ad propositum dico, ꝙ Auer. dicit se conuenire cum Alexan. in modo ponendi, & non dicit, in re posita. Nam conuenit cum Alexandro in hoc, ꝙ Alexander ponit intellectum agentem, non ratione tantum, verum etiam re ipsa, distinctum esse a possibili, & vere producere species, & intellectum materialem recipere. Et in hoc modo ponendi, Auer. cum Alex. concordat, & in tali modo a Themistio discrepat. Themi. enim ponit, ꝙ est distinctio secundum rationem tantum, & ꝙ ista ibi actiua & passiua sunt secundum similtitudinem. non enim posuit intellectum agentem, nisi secũdum similitudinis modum. sicut ibi Auer. sibi imponit. & in. 3. de anima. 5. in solu. primę. q. Voluit enim Themi. & Theophra. ꝙ intellectus materialis, & intellectus agens, & intellectus speculatiuus sunt vnus intellectus secundum subiectum. & non differũt, nisi per tres dispositiones quæ accidunt sibi. Vnde secundum Themi. intellectus agens, non agit vere producendo species & intentiones in intellectu materiali. Nec intellectus materialis vere recipit, Sed ista intelliguntur secundum similitudinem, & secundum modum intelligendi nostrum. & ideo opinati sunt intellectum speculatiuum simpliciter esse æternum. & in hoc mõ Auer. differt a Themi. & conuenit cum Alex. & non intellexit se conuenire in intellectu agente, pro quanto Alex. posuit intellectum agentem esse deum. Quia de hoc nulla fuit facta mentio ab Auer. in illo loco de hoc. & sic nulla est controuersia, vt ista res meliori modo percipiatur succincte aliqua ponentur quæ ad cognitionem huius rei faciunt. Vnde sciendum est intellectus nomẽ quadrupliciter sumi, vt ab Auer. notatur. 3. de anima. 20. Vno mõ capitur pro intellectu agente. 3. de anima. 17. Et quẽadmodum intellectus possibilis est omnia fieri, & est omnia mõ similitudinis & receptionis, i. fit omnia, recipiendo similitudines omnium, ita oportuit intellectum agentẽ, esse omnia facere, & transferre res de ordine in ordinẽ est eius officium, & facere actu intellecta de potentia intellectis. Nã cum intẽtiones imaginatæ sint potentia intellectæ, quia intellectus possibilis qui in materialis est, ab ipsis moueri nequit, nisi actu intellectæ fiant, vt agens intellectus poneretur fuit necessarium. Hoc nobis ostendit Auer. 3. de anima. 18. quum dicit, & omnia dicta ab Aristote. in hoc sunt ita ꝙ vniuersalia nullum habent esse extra animam quod intendit Plato, quia si ita esset non indigeret

Ratio probans intellectũ agentem deum non esse

Differẽtia inter Alexã. & auer.

Intellect⁹ multis modis capit.

ponere

ponere intellectum agentem. Quia essent actu intellecta, & abstracta a materia, & materię condictionibus. Et sic intellectũ possibilem de se absq; aliquo motore extrinseco mouere possent. Et abstrahere vt idẽ est ꝙ transferre res de ordine in ordinẽ, & facere de potentia intellectis actu intellecta est ipsius operatio. Et hoc fit absq; apprehensione virtutis abstrahẽtis. Et sic abstrahere est operatio intellectus agentis, cuius virtute obiectum relucens in fantasmate causatur in esse obiectiuo in spetie intelligibili, quæ intellectus agentis & phantasmatis est effectus. quod aũt spẽs illa vniuersaliter representet, ab intellectu hẽt agẽte. Sed ꝙ hominis naturã representet & non alterius, hoc est pro quãto spẽs illa intelligibilis a phantasmate hominis, & nõ alterius in virtute cogitatiua dependet. Vñ Auer. 3. de anima. 30. vult pꝑ illud quod in tex. habetnr. vbi dicitur ꝙ nequaꝗ̃ sine phantasmate anima intelligit. ꝙ intellecta vniuersalia sunt colligata cũ intentionibus imaginatis & corrupta pꝑ eoꝝ corruptionẽ. Et isto mõ agens intellectus abstrahendo a phantasmatibus nõ cognoscit. Sed ab eo naturaliter prouenit ista actio, quia vult Auer. 3. de anima. 19. ꝙ intellectus agens nõ cognoscit aliqd eoꝝ quæ sunt hic. Secũdo mõ capitur intellectus pro intellectu materiali. i. pro intellectu possibili. de quo Arist. pronuntiauit ꝙ est omnia fieri, & ꝙ nullã hẽt naturã, nisi ꝙ possibilis est vocatus animę intellectus, et nõ est forma materialis, nec ens ex materia & forma cõpositũ, nec est materia prima: differt n. receptio intellectus possibilis a receptiõe materię primę Nã vt hẽtur ab Auer. 3. de anima. 5. diffinitio ipsius est, illud quod est in potentia oẽs intentiones formaꝝ materialiũ, vniuersaliũ, & nõ est in actu aliquod entiũ, anteꝗ̃ illud intelligat. Et cũ ista sit intellectus materialis diffinitio, patet ꝙ apud ipsum differt a materia prima in hoc, ꝙ iste est in potentia oẽs intẽtiones formaꝝ vniuersaliũ materialiũ. Prima aũt materia est in potẽtia oẽs istę formæ sinsibiles, nõ cognoscens, neq; cõprehendens. Et si quęratur vnde est ꝙ ista natura est distinguens: & materia prima nõ distinguit, neq; cognoscit? Dicitur, ꝙ cã est, quia intellectus recipit formas vniuersales: materia aũt prima recipit formas diuersas. s. indiuiduales, & istas. i. materialiter signatas pꝑ instantiã de sensibus. Vnde credendũ nõ est, materiã receptionis simpliciter cãm esse: sed receptionis transmutabilis. s. receptionis huius trãsmutabilis est cã. vt hẽtur ex Auer. 3. de anima. 18. Vnde oportet vllo mõ esse materiale: qd nõ recipit indiuiduali receptione. Et hęc est cã ꝙ intellectus possibilis sit quartũ genus entiũ. vt ait Auer. 3. de anima. 5. Nã sicut esse sensibile in materiã et formã diuiditur: sic esse intelligibile in duo secatur. s. in aliquod simile formæ, & in aliqd simile materiæ. Et iõ intellectus possibilis materialis appellatur, quia est materia intelligibiliũ vniuersaliter & abstracte recipiẽs. Et abstrahere, vt est apprehẽdere ex his quę sunt cõiuncta inesse aliqd, nõ apprehẽso reliquo (de quo verificatur dictũ Arist. 2. phy. 18. abstrahentiũ nõ est mendaciũ) est operatio intellectus possibilis qui adunata inesse, aptus est diuidere. vt ait Auer. 12. metha. 39. Iuditiũ. n. & apprehensio formaliter attribuuntur nobis ꝑ intellectũ possibilẽ. Ille. n. est ps per quã anima intelligit. i. nos habẽtes animã illo intelligimus. Glosa est Themistij & Auer. 3. de anima. Insurgit dubitatio pꝑ dictũ Auer. 3. de anima. 19. vbi hẽtur ꝙ cõparatio intellectus agẽtis ad materialem, est cõparatio quodãmõ principij mouẽtis ad materiã motã ẽt hẽtur ab Alex. tract. de intellectu. cap. 3. ꝙ intellectus agens est effectiuus intellectionis. Huic dubio satisfacit Zimara ꝙ intellectus agens siue sit Deus, vt voluit Alex. et nõ nulli ex recentioribus: siue animæ nostrę sit pars, vt fuit mẽs Themi. & Auer. Protanto dicitur esse intellectionis effectiuus quia cõparatio eius ad intellectũ materialem, est sicut cõparatio lucis ad diaphanũ. Intentionũ vero imaginataꝝ ad ipsum cõparatio est, sicnt cõparatio coloris ad visum. Et sicnt lux est ꝑfectio diaphani: sic agẽs intellectus, est perfectio intellectus materialis. Et quẽadmodũ a colore diaphanũ nõ mouetur, neq; ipsum recipit: nisi qñ lucet: ita materialis intellectus, intellecta quę sunt hic non recipit: nisi ſm ꝙ per istum intellectum perficitur, & per ipm illuminatur. Et sicut lux facit colorem in potentia esse in actu, ita ꝙ possit mouere diaphanũ: ita intellectus agens facit intentiones intellectas in potentia esse in actu intellectas, quas recipit intellectus materialis. Ratione igitur specierum intellectarũ, intellectus agens dicitur esse intellectionis effectiuus. Tamen de obiecto intellecto iuditiũ ipsum & discrimen quo iudicamus fit ꝑ intellectũ possibilẽ. Nã si sensus virtutẽ hẽt ꝑ quã sensibile discernit, multo magis materialis intellectus. Vnde tenẽdũ est intellectionẽ formaliter qua intelligimus & iudicamus immediate produci ab intellectu materiali, per intellectũ agẽtẽ illuminato, & informato spẽ intelligibili. Sed dicitur ab intellectu agẽte cãri rõne spẽi: quia illa est ab intellectu agẽte effectiue. & ista videtur esse mens Auer. 3. de anima. 19. Etiã & si poneretur ꝙ verũ esset. s. ꝙ in nobis intellectio immediate ab intellectu agente produceretur: nõ tñ sequeretur hominẽ formaliter intelligere ꝑ intellectũ agẽtẽ. Sed per intellectũ materialẽ quia eo formaliter anima intelligit & sapit. Oẽs. n. expositores in hoc cõcordant ꝙ intellectus de quo Arist. loquitur in principio. 3 de anima est intellectus materialis. Vnde licet motus effectiue sit a motore: nõ tñ formaliter est in motore: nec formaliter motor denominatur moueri, sed mobile. Ita ẽt est de intellectione, quæ est qdã motus licet equiuoce dictus & hoc tactũ fuit ab Auer. loco alleg. hæc Zimara. plura adduci possent notatu digna de agente intellectu & possibili quæ breuitatis gratia omittunt quæ si vis videre racurras ad ipsum in tabulis & theo. & in cõcordãtijs. Alio mõ sumitur intellectus aliqñ, pro virtute imaginatiua siue cogitatiua de quo intellectu Arist. loquutus fuit. 3. de anima. 20. dũ ait, intellectũ passiuũ corrũpi. et animã sine hoc nihil intelligere. Quarto mõ capitur intellectus pro intellectu in habitu. i. pro speculatiuo intellectu. qui quidẽ intellectus (vt placet Themistio & Theophrasto) cõstat ex intellectu possibili & agẽte, vt refert Auer. 3. de aĩa. 5. sed ſm ipm Com. intentiões imaginate vltra intellectũ agẽtẽ, & possibilẽ, cõcurrũt. Et iõ ſm Auer. talis intellectus ex parte qua a phãtasmatibus depẽdet, quo quo mõ est generabilis & corruptibilis: & quoquo mõ est ęternus. Nã ſm indiuiduũ est generabilis & corruptibilis: sed ſm spẽm est ęternus. Et sic patet quot modis apud peripateticos intellectus capitur. Sed si instetur auctoritate Alexãdri in tractatu de intellectu, vbi inquit in principio ꝙ intellectus apud Arist. est triplex. Respondetur, ꝙ intellectus proprie qui est vniuersalium est triplex. Et hoc mõ loquutus fuit Alexãder. Extensiue vero ẽt imaginatiua dicitur intellectus, respectu particularium. Vnde ẽt passiuus dicitur. 3. de anima. 20. Et sic accipitur ẽt intellectus. 3. de anima. 48. vbi ait. videntur aũt duo hæc mouentia &c. & hæc sufficiant.

Quõ abstrahere dicatur operatio intellectus agẽtis.

Secũda intellect⁹ acceptio.

Intellectus possibilis a materia pma differt

Altera ipsius abstrahere acceptio.

Alia intellectus acceptio.

Alia itellectus acceptio.

Intellectus speculatiuus ex quibus cõstat.

VTRVM FORMA SIT DIGNIOR COMPOSITO. CONCORDANTIA. IIII.

AVer. 12. metha. 15. ait ꝙ cõpositũ est maioris nobilitatis, ꝗ̃ materia, & forma. Hoc ẽt videtur dicere. 2. de aĩa. 3. ¶ Oppositũ hẽtur ab ipso Auer. 2. phy. 4. vbi hẽtur, et forma est dignior hẽre hoc nomẽ substãtia ꝗ̃ cõpositũ: qm̃ ꝑ illã est cõpositũ in actu: & cã rei est dignior cãto. Idẽ. 7. metha. 7. et. 8. metha. 7. & 2. de aĩa. 7. Ex qbus patet ipm, nos docere formã eẽ cõposito digniorẽ. Adhoc rñdet, et dico ꝙ Auer. in illo cõ. 4. 2. phy. circa hoc duo dicit. Primũ est ꝙ cõpositũ ẽ dignius hẽre hoc

Rō ꝙ cō-positum ē nobilius materia.

nomen ſubſtantia, ꝗ̄ materia. Et ratio eſt, quia compoſitum eſt in actu, & materia eſt in potentia. Sed. 9. metha. 13. actus eſt nobilior, ſubſtantia in potentia, ergo compoſitum eſt nobilius materia. Et quantum ad hoc oēs cum Auer. concordant. Secundum qđ ipſe Auer. ponit, eſt ꝙ forma eſt dignior habere hoc nomen ſubſtantia ꝗ̄ cōpoſitū. Hoc ēt hēt. 7. metha. 7. & 8. metha. 7. & 2. de anima. 7. Et rō eſt iſta, quam adducit. Qm̄ compoſitum eſt in actu pp formam. ergo forma eſt magis ens in actu. Quia pp quod vnūquodq; tale & illud magis. primo poſte. Et ſubdit ēt ꝙ cā rei eſt dignior cauſato. Et ex hoc loco patet error volentium illā propoſitionem, pp quod vnumquodq; tale &c. habere veritatē, in ſolo genere cauſæ efficientis. Clarum. n. eſt in hac rōne Auer. ꝙ ea vtitur in genere cauſę formalis. Manifeſtum eſt autē, ꝙ cōpoſitum non eſt in actu propter formā, niſi in genere cauſę formalis. Nam vt dicit Themi. in. 2. de anima. cap. 6 ſuper tex. 7. nempe forma tam et ſi in materia producitur non tñ ipſi materię forma eſt, ſed eius quod ex duabus facultatibus conditum eſt. Et non ſolum in genere cauſę efficiētis: & formalis: verumetiā in alijs generibus cāꝝ veritatē hēt ſi recte intelligat. Et dicit Auer. ꝙ hoc qđ dixit fuit declaratū in prima philoſophia. 8. metha. 7. & 7. metha. 7. vbi hētur, quapropter ſi ſpēs eſt prior materia, eadē rōne erit perfectior eo qđ ex vtriſq; eſt. Sed forma eſt prior materia: qa eſt actus. ergo eadē rōne quæ eſt eſſe in actu: forma eſt prior cōpoſito. Vñ eadē rō & cā qua forma erat prior & magis ens ꝗ̄ materia, eadē eſt pp quā eſt prior cōpoſito & eſt actualitas ipſius. Nā cōpoſitū nō eſt in actu niſi pp formā: quēadmodū & ipſa materia. Et iō eadē cā & rōne forma eſt prior cōpoſito. Nā hētur ab Auer. ꝙ diſpō eadē inuēta in cā & in cauſato, ſi in cauſato fuerit inuenta pp cām: de cā dicitur ſimpliciter & per prius: & de cauſato per poſterius, & ſm qđ. 7. metha. 3. & 8. metha. 7. Vnde apparet, ꝙ hoc qđ dicit Auer. ſ. ꝙ forma ſit magis ens: & ſubſtātia ꝗ̄ cōpoſitū, ſit ſentētia ipſius Ariſt. formaliter in litera. Simplicius tñ et Argiropilus aliter legunt tex. illū. 7. metha. legunt. n. hoc mō: quare ſi forma prior ſit & magis ens ꝗ̄ materies & id profecto, qđ ex, vtriſq; cōſtat prius per rōnē eandē erit. & ſic legūt in recto & nō in obliquo, ꝙ forma ſit prior cōpoſito. Sed ꝙ cōpoſitum eadē rōne ſit prius materia & forma. Vnde ſecundum iſtos ſenſus eſt, ꝙ pp eādē rōnē id quod ex vtriſq; eſt cōpoſitum eſt magis ens vtriſq;. ſ. materia & forma. Vnde tenuit ſimplicius ſubſtātiā cōpoſitā eſſe magis ens & ſubſtantia ꝗ̄ ſit materia & forma. Et ꝙ forma eſt magis ens ꝗ̄ materia. Et iſta fuit ēt opinio Alex. vt recitat Auer. 12. diuinę philoſophię. 15. & hanc opi. multi

Declaratio alterius literæ.

magni viri ex latinis ſequuntur. Sed Auer. eſt in cōtrarium. Et litera quę cōiter his tpibus hētur, hēt in obliquo. Et ēt in aliqbus codicibus gręcis in obliquo inuenitur. Et ēt poſito ꝙ litera ſtet in recto, adhuc ſimplicius & latini nō hñt intentum cōtra Auer. quia ſenſus erit, ꝙ eadē rōne qua forma pręcedit materiā, eadē rōne cōpoſitum pręcedit materiā ſolum qa eſt ſubſtātia in actu, & illa eſt ſubſtantia in potentia. Et nō ꝙ Ariſt. velit dicere ꝙ ſi forma eſt prior materia, eadē rōne cōpoſitum ex vtriſq; eſt prius

Ad formā contradictionis.

vtriſq;. Et ſenſus literæ erit planior ꝗ̄ ſenſus ſm ſimplicium. Et ad formā contradictionis dico, ꝙ mens Auer. eſt ꝙ forma ſit dignior cōpoſito. Et ad auctoritatem. 12. metha. dico ꝙ vt ibi patet loquitur ſm intentionē Alex. Et ſi qñq; inueniatur Auer. dixiſſe cōpoſitum eſſe magis ens, loquitur ſm famoſitatem: & nō quātum ad rei veritatē. Et iſta eſt gloſa ipſius Auer. in. 2. de anima. vbi Ariſt. diuiſit ſubſtantiā, in materiā, & formā, & ſubſtantiam cōpoſitā, Auer. in Cō. 3. dixit, ꝙ corpora cōpoſita habēt hoc nomen ſubſtantia magis proprie ſm ꝙ eſt magis famoſum. Et. 7. metha. 9. ait, ꝙ cōpoſitum dicitur magis ſubſtantia ſm famoſitatē, & non ſecundum iudicium ſapiētum. Etiam in ſimili Auer. dixit. 2. metha. 16. ꝙ generabilia, & corruptibilia, ſunt magis naturalia

Galeni ſententia de ſermone ſm famoſitatem.

ſecundum famoſitatem, ꝗ̄ corpora ęterna. Et ꝙ viris illuſtribus interdum inſit ſecundum famoſitatē loqui audias Galenum in principio libri de ſubſtantia virtutum naturalium loquentem tali modo, ac quiſꝗ̄ fortaſſe haud eorum leuem diſſenſionem putabit, qui animalia calida, plantas frigidas eſſe affirmant, minus ſane intelligēs, vbi ſubtilius ediſſerat quis, eum vniuerſum queſito cōſequēs ad ſcientiam vſq; extremam decernere: vbi autem in re quapiā alia de hijs ſupinius intendat, contentum eſſe, ſi quod obuio ſenſui percipitur, calidum, vel frigidum dicat. Plato igitur ipſe animalia ſemper animata appellat: lapides vero, & herbas, & ligna, atq; (vt in vniuerſum loquar) ſtirpes oēs de inanimatorum corporum numero eſſe ait. At cum in Timęo naturalē contēplationem pauciſſimis aperiens auditoribus, qui ſcientiarios ſermones percipere intellectuq; aſſequi valent, poſthabita vulgi ſententia, in mundum totum extentam ipſius aſſerit animam, ſibiipſi virum non conſtare, ac pugnantia dicere nequaꝗ̄ putandum eſt, vtiq; neq; Ariſtotelem, aut Theophraſtum, qui multitudini alia, familiaribus vero ac ſodalibus auſcultationes conſcripſere. Nā vbi quodpiā ſenſum oēm refugiens dogma, ac verborum copiam in demonſtrationem exigens intempeſtiue recitatur, audientes offendit. Non prius igitur de eiuſmodi rebus pronunciare conuenit, ꝗ̄ paulatim per longam demonſtrationem ad rationis totius concluſionem fuerit peruentum: neq; mundi animam per lapides, & teſtas, & arenam, & flagrātia, putreſcētiaq; animalium permeare cadauera. Nā ſi ſimpliciter adeo, vt vulgus patenter capit, quidquā id genus Plato dixiſſet, vtiq; oēs eum patrocinantes condēnarent. hæc ille. Hæc volui adducere. non ꝙ ſit ſcrutandi locus, qua de cauſa ex famoſitate Ariſto. & Auer. in his locis ſint loquuti de hac re: ſed ad inſinuandum, ꝙ loqui interdum licet, & loquuntur doctores ſecundum famoſitatem. Quod nonnulli non aduertentes, multos damnant, putantes eos, ſermonem feciſſe in diuerſis locis ſecundum propriam intentionem, & ſic non ſibiipſis conſtantes, cum va-

Dubitatio

ria dicant. quod tamen vt ex dictis patet non eſt cenſendum. Sed oportet ſcrutari, eorum mentes quantum poſſibile eſt. Sed adhuc dubitationis reſtat locus, quia videtur falſum quod ex Auer. habetur. ſ. ꝙ corpora compoſita habent hoc nomen ſubſtantia magis proprie ſecundū ꝙ eſt magis famoſum: quia eſt expreſſa auctoritas ipſius Auer. in epithomate metha. tractatu primo cap. de ſubſtantia vbi ait, ꝙ ex ſignificationibus ſubſtantiæ magis famoſa eſt, quę de ſubſtantiæ indiuiduo dicitur, & cām ſubdens ait, quia oēs philoſophi illud eſſe ſubſtantiam iudicant. Videtur ergo ꝙ non ſecundum vulgi opinioem, immo ēt ſecundum philoſophos ſit.

Solutio

Ad hoc dicitur ꝙ Auer. cōparat ibi ad ſignificationes ſubſtantię alias poſitas ab eo ibi. videlicet ad pręuicata quæ ſunt genera, & ſpēs, vel differentia, quæ notificant quiditatem indiuidui pręͩicamenti ſubſtantiæ: & ad aliam ſignificationem vbi ſuaſtātia capitur, pro omni quod iudicat quęlibet diffinitio, ſiue ſit diffinitio ſubſtātiæ, ſiue accidentium, & illo mō procedit ibi Auer. Sed ſi cōparatio philoſophoꝝ fiat, ad partes cōponētes, iſtud indiuiduum compoſitum ex materia, & forma, in hoc eſt diſcordia apud vulgum & ſapiētes: & alio mō res ſe hēt, ꝗ̄ faciēdo cōparationē ad alias ſupradictas ſubſtātię ſignificationes. Et ſic dubiū remouetur. multa pro pſenti cōcordātia adduci poſſent pro vtraq; parte, nā vbi diuerſitas eſt inter Auer. & Gręcos expoſitores: difficile eſt videre veritatē. Et præcipue vbi aliqui doctores illuſtres ex latinis ſunt cōtra Auer. Et intentio mea in hoc opuſculo eſt, quantum mihi cōceſſum eſt ſolū oſtendere mentē Auer. vbi a ſeipſo diſſonans videtur. Et non oſtendere veritatē rei abſolute, nō magis Auer

roem,

roem, quàm alios expositores, inspiciendo. Accidit enim si aliquod prolixe aliorum positiones recensendo & non admittendo, per tractatur. Quum enim tempus aderit (si altissimus concederit) in quo nō amplius vexatus ero rauci theseide codri, multa exactio ri iuditio discutientur. hæc satis pro initio nostrorum laborum. ideo si solutionem ad obiecta contra supra determinata inspicere tibi est curę videas Zimaram Theore. 10.

VTRVM FORMA SIT NOBILIOR COMPOSITO CONCORDANTIA QVINTA.

AVer. in prædicamentis, prædicamento de substantia ait, substantia nāq; disposita quę est prima: & prima dicta est substantia secundum veritatem, & anterioritatem, Vbi patet substantiam compositam secundum veritatem, & anterioritatem, habere hoc nomen substantia. ℂ Oppositum huius habetur. 2. phy. 4. & 7. metha. 7. & 8. metha. 7. & 2. de anima. 7. Ad hoc faciliter respōdetur, quòd in prędicamentis, non fit cōparatio substantię compositæ ad formam, sed ad substātiam secundam. Vnde. s. Thomas. 7. metha. Lec. ij. super tex. 7. Inquit hoc autem quod quid erat esse hic ponitur, sed in prædicamentis prætermittitur quia non cadit in prędicamentorum ordine nisi sicut principium: neq; enim est genus, neq; species, neq; indiuiduum, sed horum omnium formale principium. Vnde pro enucleatione huius responsionis, vt clarum sit quo pacto prima substantia respectu secundę substantię sit proprię, & principaliter, & maxime substantia: est notandum, quòd cum substātiæ nomen, quodā substans, & substentans alia sonet: & quod vere aliorum est substētatiuum, ipsum alterius sustentatione non egeat (alioquin illud alterum vere sustinens principaliter esset) a duabus proprietatibus sumptum videtur. s. ab actu substandi alijs, & negatione prioris sustentantis, Et secundum accessum ad has proprietates vel recessum ab eis aliquid dicitur, magis, vel minus principaliter substantia. Et quia vtrunq; horum indiuiduum substātiæ maxime sapit: & species elongantur aliqualiter ab eis: ideo indiuidua primę substantię, species vero secundę substantię merito dicuntur. Patet autem quod dicitur, primo quantum ad negationē. s. prioris sustentantis. Indiuiduum. n. substantię caret duplici subiecto. s. subiecto inhęsionis, per oppositum, ad accidens quod oportet, alicui inhęrere, si inueniri debet in rerum natura. Et subiecto prædicationis, quod nomine reali, potest vocari subiectum inexistentię, per oppositum, ad vniuersalia quę non inueniuntur, nisi in existentia suorum particularium. Speties autem substantiæ puta homo, & si careat primo subiecto, habet tamen secundum. Non enim existit, id quod significat ly homo, nisi sustentatum in aliquo homine. Et pp hoc methaphisicus considerans substantiā hac proprietate perfectam specie nō esse substantiā dicit in. 7. eius. Patet deinde quo ad actum substandi alijs, qm̄ indiuiduum subijcitur omnibus, quibus subijcitur spēs: tam accidētibus, quàm supioribus. Et vltra hoc ipsi speciei pp quod ab Arist. maxime substātia dicitur. & sic patet φ nulla est cōtradictio in dictis ipsius Auerrois.

Q nid substātia rum nomen sonet.

Cā qua in diui dua dicantur primæ substātiæ.

VTRVM FINIS SIT NOBILIOR HIIS QVAE SVNT AD FINEM? CONCORDANTIA SEXTA.

ARisto. 2. de physico auditu. 31. ait, φ autem est cuius causa potissimum est & finis aliorum voluit esse. Ex quibus sumitur finem nobiliorem esse hijs quę sunt ad finem. Et hoc etiam ibi Auer. Hoc etiam habetur ab Aristo. 2. metha. 8. 5. metha. 3. & 2. phy. 21. ℂ Oppositum huius habetur ab Auer. 2. phy. 4. vbi habet, φ compositum est ignobilius forma. Et quòd causa rei est nobilior causato. Compositum vero esse finem ipsius formę, & materię, patet, per ipsum Auer. 2. de anima. 37. vbi ait, dicimus enim quòd anima, & corpus, vtrūq; non sunt nisi propter animatum. Et sic habetur, φ finis non est nobilior hijs quę sunt ad finem ℂ Ad hoc respondetur φ duplex est finis, vt habetur ab Aristo in. 2. phy. 24. & 2. de anima. 37. & ab ipso Auer. in dictis locis. videlicet finis cuius, & finis cui. finis cuius, est, vt forma est finis materię. finis cui est, vt homo est finis creaturum rerum propter ipsum. Et vt habetur ab ipso Auer. 2. de anima Com. allegato, corpus animatum seu compositum ex anima & corpore respectu animę, & corporis, est finis cui: & non finis cuius. Hoc stante ad contradictionem dico quòd propositio Aristo. in. 2. phy. loco allegato intelligitur de fine cuius: & non est vniuersaliter vera de fine cui & sic dubium tollitur.

Finis duplex, videlicet. cui' & cuius.

VTRVM HOMO MELIORI MODO COMPREHENDAT, DIFFERENTIAS ODORVM, QVAM CAETERA ANIMALIA? CONCORDANTIA. VII.

ARisto. 2. de anima. 92. ait, de odore autē, & olfatibili, minus bene determinabile est dictis, non. n. manifestum, quale q̄d sit odor, sic vt sonus, vel lux, aut color, causa autē est: q̄a sensum hunc nō hēmus certum: sed peiorē multis animalibus. Paru ę. n. odorat hō: & nihil odorabilium sine lętitia, aut tristitia, sicut nō existente certo sensiti uo. Auer. autē in Cō. istius tex. ait, & cum declarauit, φ cā difficultatis in sciendo odorē q̄d sit est, quia differentię specifice nō bene cōprehēduntur a nobis. dedit cām in hoc, & dixit & cā in hoc est, quia iste sensus nō est verus in nobis & c. i. & cā pp quam impfecte intelligimus differētias odoris est, quia iste sensus debilior est in nobis q̄ in multis animalibus. Etiam in fine Com, ait, sed est debilius in nobis q̄ in multis animalibus. i. in cōprehēdendo differentias odoꝝ. Et post subdit, & nō tm̄ excedunt nos animalia aliqua. s. cōprehēdendo differētias odoꝝ, sed in cōprehendendo eas a remoto spatio. Ex q̄bus clare patet aliqua animalia pstatiori mō differētias odoꝝ sentire, q̄ ipse hō. ℂ Oppositū huius expsse hētur, ab ipso Aristo. in. 5. de gene. anima. cap. ij. dum ait, hō pro magnitudine minime fere omnium animalium procul sentire pōt cum tñ differētiaꝝ sensu maxime omnium valeat. Cuius rei cā est, φ sensorium sincerę minimeq; terrenū corpulētumue obtinet. Cutē ēt tenuissimā prę cęteris animalibus hō suapte natura pro magnitudine hēt. Hoc ēt dicit ipse Auer. in sua paraphrasi sup. 5. de genera. cap. de varietate coloris oculorum dum ait, loquendo de sensu auditus & olfatus, sed differentias sensationum horum duorum sensuum percipiunt habentes hoc organum sincerum, maxime autem homo valet his duobus sensibus quo ad pactum qua differentias sensibilium cognoscit. Ex quibus clare habemus hominem meliori modo odoꝝ differētias percipere q̄ alia animalia. Anteq̄ ad istam oppositionem formaliter rn̄deatur, pro maiori notitia est notandum,

Positio Ioannis.

quòd Ioannes andegauensis in quæstionibus super de sensu, & sensili. q. ij. mouet hanc quæstionem: vtrum hõ habeat peiorem odoratum cæteris animalibus? Et nonnullis impugnatis responsionibus, ponit suã solutionem: quam Alexandri menti conformem putat. Et duo dicit: quòd simpliciter hõ non habet deteriorem vel minus bonum odoratum cæteris animalibus. Immo simpliciter meliorem & perfectiorem. Et quòd hẽt odoratum minus bonum quoad comprehensionem odorum aliquorum. s. cõmunium hominũ & cęteris animalibus in quibus est delectabile & tristabile ẽm cõuenientiã ad nutrimentum. Primum probat ratione. Quia illa virtus nõ est simpliciter minus bona, immo simpliciter melior, & perfectior quę cognoscit plura cognoscibilia sui generis, et ad plura se extẽdit, q̃ illa, quæ est limitata, ad aliqd genus determinatũ. Et hoc dicit, quòd videtur esse rõnabile qd pp breuitatẽ supponit. Sed dicit, quòd cõstat, ꝙ odoratus hominis plura odorabilia cõprehendit. quare &c. Deinde ostẽdit, ꝙ illud animal hẽt minus bonum odoratum, quãtum ad cõprehensionẽ talium odoꝝ: quod minus acute, & minus a longe, sentit illos odores. Excellentia respectu vnius obiecti debet capi secundum modum & qualitatem cognoscendi illud obiectum. Ita ꝙ illa iudicetur melior: quę perfectius cognoscit. Sed cõstat ꝙ homo nõ ab equali distantia, neq; eque fortiter cognoscit istos odores: quos & alia animalia odorant, scilicet, quę habent delectabile secundum accidens: canis. n. a longiori distantia comprehendit, odorem sui nutrimenti q̃ homo, & vultures, & tigrides, & cętera multa animalia. quare &c. Et multa alia dicit, reddendo causam in hoc: quę breuitatis gratia omittuntur. ibi videas.

Impugnatio.

Sed contra istam solutionem sic absolute dictam, videtur de directo procedere Aristo. auctoritas in. 5. de generatione animalium cap 2. Nam ibi non habetur, ꝙ homo pręstat cæteris animantibus in sensu olfactus: quia plura odorabilia sentit. Sed habetur, ꝙ homo pręstat, quia meliori modo differentias odorum sentit: & hoc, quia habet organum sincerum. Et clarum est ꝙ Arist. & Auer. ibi non loquuntur de illis differentijs odorum, quę non sunt communes hominibus, & alijs animalibus: in quibus est delectabile, & tristabile secundum conuenientiam ad nutrimentum. Quia dicit, ꝙ homo valet, in tali sensu, quo ad differentias sensibilium absolute. Et redditur causa. Et si non: causa reddita vniuersalis non esset: sed quo ad aliqua odorabilia quod est absurdum dicere. Pręterea Arist. ibi comparat hominem ad cętera animalia, quo ad perceptionem differentiarum. Clarum est. n. ꝙ facit comparationem, quo ad illas differentias, quę cõmunes sunt (quomodocunq; sint) ipsis hominibus & animalibus. Tamen credo, ꝙ si omnia dicta Ioannis, & etiam suę solutiones ad obiecta ponderentur: dato ꝙ non faciat mentionẽ de auctoritate. 5. de generatione animalium, quòd sua solutio possit stare cum doctrina Arist. ibi. Verum quòd ponderatione indiget. & hoc patebit inferius, quum solutio oppositionis ponetur. Tamen quidquid sit de hoc, pro nunc non sit nobis curæ. Vnum est ꝙ nihil dicit de Aristo. verbis in. 5 de generatione vbi supra: quæ secundum nostram intentionem totam difficultatem in hac re faciunt.

Solutio Zimaræ

Zimara vero videns solutionem Ioannis in suis annotationibus super prædicta. q. reprehendit Ioannem. Et dicit ꝙ si Ioannes vidisset Aristo. in. 5. de generatione animalium cap. ij. nõ sic istam quęstionem determinasset. Vnde ipse hoc pacto soluit: quum igitur quęritur, vtrum homo acutius odoret cæteris animantibus? distinguendum est: vt philosophus distinguit. Quia vel loquimur de clara & distincta cognitione differentiarum odorum, vel loquimur quoad maiorem distantiã percipiendi odores. Primo modo, homo cęteris animantibus acutius odorat: quia solum homo clare, & distincte, omnes differentias odorum cognoscit. Et hoc arguit temperamẽtum in organo (vt inquit philosophus). Si vero loquamur secundo modo, sic multa animalia acutius odorant, q̃ homo: vt animalia habentia nares porrectas: sicut canes ad longiorem distantiam percipiunt odores q̃ homo percipiat. hoc. n. arguit bonam dispositionem in situ organi, propter quam contingit speties sensibilium ibi magis vniri. & hinc est, ꝙ admota manu supra oculos longius cernimus. (vt scribit ibidẽ philosophus).

Impugnatio.

Sed nõ video (nisi aliquod huic solutioni addatur) quo pacto possit stare. nihil. n. tã cauendum censemus, q̃ nequid ponatur, quod perspicuis, & euidẽtibus rebus aduersetur vt admonet Gal. in principio secundi lib. de decretis hyppo. & Platonis. non solum vero aliqua animalia, in odorando a remotis suppetant homines: verum etiam in perceptione differẽtiarum odorum. Hoc etiam scripsit Auer. 2. de anima. 92. vbi ait, & non tantum excedunt nos animalia aliqua. s. cõprehendendo differentias odorum: sed in comprehendendo a remoto spatio. Vbi patet ꝙ Auer. dicit, ꝙ aliqua animalia circa sensum olfactus, superant nos in duobus: & in differentijs percipiendis: & in percipere a remoto spatio. Quomodo ergo illa solutio sic simpliciter prolata potest stare? quòd quo ad perceptionẽ a remotis solum, homo superetur. Sententia. n. Auer. non esset vera. Pręterea Arist. in. 2. de anima. 92. dicit, quòd de odore, & olfatibili, minus bene est determinabile dictis. Et causam redit: quia sensum hunc peiorem habemus multis animalibus. Vbi Auer. (vt patet inspicienti eius verba) causam ab Aristo. assignatam, refert ad differẽtiarum odorum perceptionem: at non ad perceptionem a remotis: licet illud etiam dicat: quòd in hac etiam homo supperetur. Ideo ad oppositionem respondeo.

Respõsio

Et quia difficultas in hac oppositione stat solum, quo ad differentiarum odoꝝ perceptionem: quæ sunt cões homini, & alijs animalibus: idèo pro nunc omittatur quæstio: nunquid homo plura odorabilia sentiat q̃ cętera animalia? ideo ad oppositionem est dicendum quòd quum quęritur vtrum homo acutius odoret & meliori modo q̃ cætera animalia? dico quòd si nos loquimur de comprehensione odorum per maiorem distantiam: certum est, quòd homo in hoc supperatur: quia multa animalia (vt clarum est) percipiunt odores per distantiam longiorem, q̃ percipiat ipse homo. Et hoc ex Arist. & Auer. habetur. Si vero loquamur nõ de comprehensione per maiorem distantiam. Sed vtrum homo acutiori modo differentias odorum percipiat? Respondeo

Multa sũt vera per se quæ sũt falsa per accidens.

sumẽdo propositionem Auer. 6. de physico auditu. 15. quòd aliqua propositio est vera per se, quę tamen est falsa per accidens. Vt de motu, qui inquantum motus, est velocitabilis in infinitum: sed pro quanto accidit motui, quòd fuit in motis naturalibus: sic est falsa per accidens talis propositio. Consimile dicitur de diuisione lineę ab Auer. 4. phy. 72. & 3. phy. 60. Sic dico in proposito. s. quòd homo sentiat differentias odorum, meliori modo, q̃ cætera animalia: est verum per se. Cuius causa redditur ab Arist. in. 5. de generatione animalium cap. ij. dum dicit, cuius rei causa est, quòd sensorium sincerum &c. & hoc modo loquitur Aristo. ibi. & Auer. etiam. quia ipsi respiciunt rẽ secundum se. s. secundum quòd bonitas organi ipsius hominis exigit. Tamen quòd hõ percipiat ipsas differentias meliori modo q̃ cætera animalia: est falsum per accidens. s. propter impedimentum: & hoc est propter humiditatẽ & frigiditatem ipsius cerebri. Et quia per accidens propter dictum impedimentum hoc est falsum ideo Aristo. & Auer. in. 2. de anima modo superius dicto de hoc loquuntur. & si diffusius causam istius accidentis vis videre videas ibi Ioannem, quia propter breuitatem omittimus, & sic isto modo impresentiarum dicta oppositio remouerem. multas possem adducere solutiones. sed quia non mihi satisfaciunt ideo prætermisi.

VTRVM AD VNITATEM MOTVS NVMERALEM, REQVIRATVR VNITAS MOTORIS: CONCORDANTIA OCTAVA.

ARisto.5.phy.35.ait,ꝙ ad vnitatem numeralem motus tria requiruntur.s.quod,in quo,& quando.Et non fecit mentionem de ipso motore. ¶Oppositum huius habetur ex ipso aristo.8.phy 82.vbi vltra ista tria,ponit etiam vnitatem motoris. ¶Ad hoc cõmuniter respondetur,ꝙ in.5.phy.nõ posuit vnitatem motoris ad vnitatem motus:quia nõ dum erat declaratum,vtrum omne motum,ab alio sit motum:& ideo illud in.8.expressit,cum ibi esset locus.Et si aliquis diceret,ergo Aristo.fuit diminutus in.5.Respondet Burleus ꝙ non,quia in.5.dum dixit ꝙ requiritur vnitas mobilis:intellexit etiam vnitatem motoris. Et sic remouent dubitationem.Si vero vniuersaliter sit verum dictum.8.vel non alibi perscrutabitur. Sed quia hæc oppositio in propria forma ab alijs tangitur. Contra illud quod Aristo. dicit, quòd vnitas numeralis ipsius mobilis, requiritur,ad vnitatem numeralem motus: pro ampliori declaratione adducam vnum dubium. Quod est tale. Proijciatur animal ex alto, & antequàm attingat terminum ad quem,moriatur. Videtur,ꝙ iste motus sit vnus numero:cum non genere,nec spetie,vnus sit. Et tamen subiectum in toto motu,vnum numero,non est.Cum in principio fuerit substantia animata sensitiua,in fine autem non.Ad hoc respondent non nulli,ꝙ iste motus,non est vnus motus.Sed sunt duo motus adhibiti.Et sic soluunt dubium.At nos qui doctrinam Auer.in hoc sequimur,dicimus:ꝙ ipsum animal potest habere duos motus:potest.n.habere vnum motum,& talis erit simplex,& rectus,& talis erit ab elemento predominante:& erit anima non concurrente,nisi per non repugnantiam:& erit quando animal ex alto cadit,vt quando canis ex turre proijcitur:non.n.talis motus ab anima prouenit.Quod non proueniat ab anima patet,cũ sit rectus, cum fiat per lineam rectam:vt patet,& simplex,vt habetur ex doctrina Auer. quidquid dicant aliqui cõtra Auer.vt est Suessanus in primo Cœli super tex.9.vbi ait, ꝙ multo melius est,ꝙ dicatur,ꝙ mixtum nõ mouetur motu simplici:sed motu mixto ex contrarijs naturis predominante tamen motu elementi predominantis.Tamen non sit nobis curæ pro nunc de hoc. Sequamur Auer. qui vult,ꝙ talis motus simplex sit:& ipsa anima habet mouere circulariter,& non facere motum rectum simplicem vt ait Auer. 2.cap. de substãtia orbis.ergo non prouenit.ab anima. Alium motum ipsum animal habere potest:qui dicitur ab Aristo.in libro de causa motuum animalium progressiuus.& talis motus est compositus.Et vt habetur ex Auer.2.cœli.3.compositio in motu accidit,propter differentiam principiorum mouentium vt in animali euenit.Nam corporis eius grauitas,principium est motus deorsum.Anima autem,circularis motus.Omnis.n.anima suapte natura mouet in orbem.(Et non vt dicit Gaietanus tienensis in.2.cęli super tex.3.licet dubitem, ꝙ locus ille sit vitio impresoris vel alterius deprauatus.Nam vir doctrina præditus ille fuit.Et par est,amice potius veterum dicta(quantum est possibile)interpretari,q̃ maliuole arguere vt docet nos medicorum lucerna galenus in.2.de symptomatum causis.quod semper erit mihi animo.non.n.cum aliorum detractione spero laudem.licet laudem pro scopo minime habeam.)& quia hæc principia sunt diuerso fit vt motus animalis,nec rectus sit,nec circularis:& ita mixtus ex vtroq;.Hoc stante dico ad dubium,ꝙ in illo casu animal mouetur motu simplici,motu elementi predominantis:& anima nõ concurrit,nisi per non repugnantiam.& sic in illo casu est motus mixti ab elemento predominante.& non erit motus mixti quatenus illud animal erit. Et sic mixtum illud,siue sit semper viuum,siue non,nihil facit quo ad vnitatem illius motus. Quia quo ad illum motum,semper illud subiectum est vnum numero.& sic cessat dubium.Et ꝙ totum hoc sit conforme ipsi Auer. videas ipsum.1.cęli.9.& cap.2.de substantia orbis.Vnde notandum est,ꝙ (vt mihi videtur) tutius est dicere ꝙ in mixtis perfectis habentibus vera mixtionem & formam superaditam formis elementorum:non est nisi vnus motus simplex,& ille insequitur primo elementum dominans in eo:q̃ dicere,ꝙ mixtum mouetur principaliter a forma mixti:vt dicit ille Suessanus reprehendendo Ioannem Andegauensem.Et licet ipse Suessanus dicat hoc,& reprehendat Ioannem,tamen non tenet istam opinionem simpliciter:sed in doctrina Auer.Nam ille habet aliam positionem,quæ tenet,ꝙ mixtum non mouetur motu simplici:sed composito.Et vult,ꝙ motus lapidis ad medium sit compositus,& non simplex vt sentit Auer:& negat ꝙ motus lapidis sit ad medium tantum,licet sic appareat.Tamen non sit nobis curæ pro nunc de ista imaginatione.Reddeundo igitur dico,ꝙ in via Auer.reprehendendo Ioannem.in hoc,forsan est de illis,qui reprehendendo,non carent reprehensione:vt contra eum notat in sua tabula zimara.In mixtis.n.animatis ꝙ motus voluntarius sit ab anima:verum est.Sed ꝙ motus simplex rectus,in mixtis sit principaliter ab anima,(vt ipse dicit)& non ab elemento dominante: non video quo pacto in Auer.doctrina possit bene stare:& quin ille glossæ nõ sint volũtariæ.Cum ipse Auer.clare ostendat in hoc suam intentionem:& simpliciter loquatur,& nullibi de illa cõditione quæ suis dictis additur,mentionem fecerit:& sua argumenta adducta,nõ cogant,(vt patet ea ponderanti)vt talis condictio apponatur. Et ꝙ hoc sit verum,verba ipsius Auer. hæc sunt:in paraphrasi primi de cęlo in summa.4.ait,Conuenit.n.tot simplicia esse corpora quot & simplices motus:quia cum omne corpus simplex,aut ex simplici compositum esse oporteat.Simplex appello cui inest principium naturalis motus in loco:vt terra, aut aqua, non principium motus voluntarij,quale est,animantium;fieriq; nõ possit,quin motus omnis simplex sit,aut cõpositus,Necessarium est simplici corpori simplicem adaptari motum:alioquin vnius corporis plura principia fateri oportebit,essetq; ipsum simplex,compositum:quod falsum est & impossibile.Composito vero corpori,compositus insit motus oportet:cuius.s.cõpositi corporis,si exacta mixtio,complexioq;,fuerit,erit eius motus secundum simplex corpus,quod in ipso composito exuberat.Si vero sola iuxtapositione, vicinitateq;,huius compositio extiterit inflexus ei erit motus,qualis est motus turbinũ. Cum ergo ita sese res habuerit,necesse erit, simplicem motum corporis esse simplicis:& compositi corporis,motum esse simplicem:iuxta simplex corpus:quod in ipso composito dominandi vim obtinuerit.Nescio quid clarius.Hanc etiam sententiam habemus ab ipso Auer.1.cęli.7.&.8.&.19.&.2.de anima.14.& pluries hoc expresse dicit.Et ꝙ impossibile sit in corporibus compositis aliqua compont equaliter:videas ipsum Auer.10. Metha.23.4.Metheoro.10.1.cęli.7.&.2.de Generatione.48.licet de hoc difficilis quastio fieri soleat.quum pro se altera pars habeat doctissimum Galenum tamen pro nunc sequamur Auer.pro qua questione videas zimaram theore.70.Sed quod facit difficultatem, est vnum argumentum: quod Suessanus tangit.& est tale. Cum mixtum habeat formam substantialem,per quam ipsum est in spetie.Igitur sua forma est sui motus principium per se primum,in talibus:& non forma elementi,quæ videtur esse in potentia in mixto,respectu forme mixti.Natura.n.est principium motus.Huic rationi respõdet zimara,& respõdendo notat dictũ Auer.1.

Anial põt hẽre duos motus.

Dictũ Suesani.

Aĩa habet mouerẽ circulariter.

Dicta veterũ sũt amice interpretãda ex galeno.

Zimara cõtra Suessanum.

Impossibile est in cõpositis corporibus aliqua equaliter cõponi.

phy 1.vbi ait, ꝙ quęcunꝙ sunt præter primam materiam,& vltimam formam, sunt materiæ compositæ,& formæ compositæ. Vnde materia prima,& forma elementi, dicuntur causæ simplices. Notat etiam dictum simplicij in primo cęli, ꝙ diffinitio naturæ in primo cęli, magis coartate sumitur, ꝙ in.2.phy. quia sumitur vt est principium motus localis tantum. Vnde Aristo.5. pro principio suæ disputationis assumpsit, ꝙ omnia corpora naturalia habent principium motus in se ipsis secundum locum:& probat hoc per deffinitionem naturæ. Subdit autem, ꝙ natura ista quæ est principium motus localis est forma corporis simplicis: quia illa vere natura dicitur. forma autem mixti potius dicitur forma naturata, quia ex naturis simplicium est causata. Et ideo falsum est, ꝙ elementum dominans, sit in potētia respectu motus simplicis: quia debetur mixto merito sui: immo vt sic, est in actu sufficienti ad mouendum: licet respectu formæ mixti, vna cum alijs sit quodamodo in potentia: inquantum mixtum vt est quodam naturatum, reponitur in spetie per formam mixti. Sed in motu, elementum ex quo dominatur cęteris, habet rationem formæ,& actus. Nam forma mixti non est de principijs actiuis motus localis simplicis: quia motus simplex, est effectus formæ simplicis, non formæ cōpositæ.& sic soluitur illa dubitatio. Nec ex ista solutione sequitur aliquod (si recte intelligatur) cōtra illud quod Auer. ait, in primo cap. de substantia orbis. vnum subiectum habere nisi vnam formam, est impossibile. vt non nulli deducebant & hæc sufficiant pro presenti concordantia.

Forma mixti non de principiis actiuis motus localis

VTRVM CONTRARIVM FIAT EX CONTRARIO? CONCORDANTIA NONA.

Aristo.1.phy.42.ait, ꝙ contraria non sunt ex alterutris. Oppositum dicit ipse in tex. sequentibus. s. ꝙ omne fit ex contrario. Ad hoc respondet Auer.8.phy.4. vbi responsio talis est, ꝙ vnum contrarium fieri ex altero potest intelligi dupliciter. Vno modo vt ex subiecto: alio modo vt termino:& isto modo, vnum contrarium fit ex altero. 1. post. Sed non vt materia. sic respondet Auer. ad hoc.& nulla restat oppositio. Multa circa hoc adduci possent: quæ ab alijs diffuse adducuntur ideo breuitatis gratia omitto.

Rñsio ex Auerroe.

VTRVM IN SCIENTIA NATVRALI, SIT LOQVENDVM, CVM DICENTE FORMAS MOVERI? CONCORDANTIA DECIMA.

AVer.5.phy.5. ait, non esse loquendum cum eo in hac scientia, qui fingit formam moueri. ¶ Oppositum huius habetur ab ipso Aristo. in.8. de physico auditu, dum per plures textus dicit ꝙ motor primus, immobilis est per se,& per accidens. Et tamen primus motor forma est. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ Auer. non loquitur de forma absoluta. sed de forma naturali per motum educta. Primus vero motor, non est de talibus formis. Vnde sermo Auer. sic intelligitur, ꝙ qui fingit, formam naturalem per motum eductam moueri: non est cum eo loquendum in scientia naturali.& sic nulla est oppositio si bene intelligatur.

Formarū alia ꝑ motū educta alia non.

VTRVM GENERATIO FORMAE SVBSTANTIALIS REQVIRAT, SVBIECTVM QVOD SIT ENS IN POTENTIA? CONCORDANTIA VNDECIMA.

AVer.3 cęli.67. ad longum ait, ꝙ in mixto sunt elementa formaliter tamen secundum esse refractum & hoc nō solum quantum ad qualitates ipsas verum etiam quo ad suas formas contra Auic. Vnde in mixto sunt formę elementorum in esse refracto,& forma mixti. sequitur ergo ꝙ forma mixti quādo educitur de potentia materiæ habet pro subiecto ens in actu. Quia materia prima est sub formis elementorum:& consequenter est in actu. Et sic generatio substantialis, habet, pro subiecto ens in actu. ¶ Oppositum huius habetur ab ipso Auer.5.phy.8. vbi ait, si igitur subiectum fuerit ens in actu, tunc generatio erit motus & ista est dispositio transmutationis in alteratione & augmento & translatione. Et si subiectum fuerit in potentia, non erit illic motus, cum non sit illic motum in actu sicut est dispositio in substantia & dicitur generatio,& corruptio simpliciter. Et si aliæ transmutationes dicuntur generatio & corruptio tamen nō simpliciter sed cū determinatione.& pluries habetur ex illo cōmento. Et hoc etiam habetur ex Aristo. in tex. Ad hoc dupliciter respondetur. scio. n. magnam difficultatem fecisse, in hoc almo Gymnasio Patauino, quodam anno, dum publice quintus phy. exponeretur: dum ego,& condiscipulus meus Franciscus Cagnus, vir acutissimi ingenij, sustentaremus quasdam cōclusiones in circulis Patauinis:& vna ex meis conclusionibus fuit ista propositio.5. phy. circa quam fuerunt mihi adductę multæ instantiæ,& dicta contradictio. quibus tamen pro viribus satisfeci & satisfacere conabor. vnde predictæ contradictioni dupliciter respondetur. Et primo ex intentione Zimaræ. Quod Aristo,& Auer, quum dicunt, ꝙ generatio formæ substantialis habet subiectum quod sit ens in potentia: loquuntur de generatione, quæ est vnius ex vno:& nō de generatione, vt se extendit ad generationem formæ ipsius mixti. De ista. n. generatione etiam sermo est, quum in.1. de generatione 24. dicitur, ꝙ generatio, est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanente. Nam alia est generatio ibi diffinita: ab illa, quæ 4. Metheoro. diffinitur. Vbi habetur, est autem simplex,& naturalis generatio, permutatio ab his virtutibus cum habeant rationem ex subiecta materia vnicuiꝙ naturæ. Et alia est deffinitio generationis, quæ in libro de morte,& vita habetur. Vbi dicit, ꝙ generatio est, prima participatio animæ in calido naturali:& vita est eius permansio. Manifestum est. n. ꝙ diffinitio data in libro de generatione: cōpetit generationi in qua vnum fit ex vno: quia de generatione:& modo generationis elementorum ibi principaliter agitur. (sicut Ioannes Grāmaticus dicit) Vnde Aristo.2. de anima.117. appellat illum librum, librum de elementis vt exponit themi.& Auer. Et in tali generatione vnius ex vno, fit transmutatio, totius in totum nullo sensibili remanente, vt subiecto. Quia elementa vt ait Auer. non diuiduntur nisi in materiam primam,& formā generatio autem diffinita in.4. metheoro. est illa in qua vnum

Duplex generatio.

generatur ex pluribus:& illa est idem subiecto cum mixtione:& in tali est necessarinm ꝙ aliquid sit sensibile quod concurrebat in ratione subiecti. Vnde ait, ꝙ subiectum formæ elementi est materia prima,& subiectum formæ mixti est totũ resultans ex materia prima,& quatuor formis elementorum,ibi refractis. Et sic secundum ipsum soluitur contradictio. Ista responsio in se est quomodo dubia,& etiam propter aliqua dicta ipsius Zimarę in alijs locis redditur suspecta. quod pro nunc breuitatis gratia silentio pertransibo. Alia est responsio,& fuit pręceptoris mei Hieronymi Stephanelli Patauini doctoris celeberrimi qui fuit discipulus ipsius Zimarę. Quæ responsio iudicio meo est tutior. Et est, ꝙ quando philosophus & Auer. dicunt, ꝙ subiectum generatiõis substantialis est ens in potentia illud habet intelligi hoc modo. s. ꝙ non sit ens in actu secundum gradum determinatæ,& pręfinitæ spetiei. Et non ꝙ semper in generatione substantiali subiectum sit absolute ens in potentia. sed sufficit, ꝙ aliquando sit in potentia tali modo:& quando veniunt operationes illius spetiei, tunc subiectum est in actu secundum gradum determinate spetiei. Et sic non potest esse subiectum generationis substantialis.& secundum hanc responsionem, sermo Arist.& Auer. in. 5. phy. erit vniuersalior. Prima enim responsio coarctat ipsum. aliæ etiam adducuntur ad hanc oppositionem responsiones quæ mihi non satisfaciunt sicut istæ, ideo illas omitto: quas apud doctores poteris videre.

Subiectũ formæ elementi subiectum formæ mixti

VTRVM EX DIFFINITIONE MOTVS QVAE DATVR IN TERTIO PHY. SEXTO APPAREAT CONTINVATIO MOTVS. CONCORDANTIA. XII.

AVer. 3. phy̆. 6. ait,& similiter etiam apparet ex hac diffinitione continuatio motus. ℭ Huic sententiæ videtur contradicere ipsemet Auer. 8. physicæ auscultationis. 23. vbi dicit, ꝙ sermo Alpharabij est sermo non verus in hoc quod dicit, ꝙ ex vniuersali diffinitione motus apparet continuitas. Ad hoc respondeo,& dico, ꝙ Auer. illud quod dicit in. 3 s. ꝙ ex diffinitione motus apparet continuatio eius, non vult ꝙ sic simpliciter intelligatur. sed vult ꝙ hoc pacto intelligatur (vt ipsemet in. 8. phy. 23. dicit) ꝙ quum dicitur ꝙ continuitas ex diffinitione motus apparet: ꝙ hoc sit verum in motibus localibus. vnde sic „ ait loquendo de hoc: sed non apparet hoc nisi in motibus localibus de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. In alijs autẽ „ motibus in quibusdam est possibile vt appareat continuatio. s. vt partes eorum inueniantur indistincte ab inuicem.& in quibusdã „ non apparet hoc: quia partes eorum non inueniuntur secundum illum modum. Ecce quomodo Auer. aperte insinuat quo pacto di„ ctum. 3. phy̆, intelligendum sit. hoc stante dico, ꝙ non sibiipsi oppugnat, reprehendendo Alpharabium: quia Alpharabius in principio sui libri de entibus transmutabilibus dicit, ex diffinitione motus apparere in vniuersali continuationem inueniri in omni motu. Sed Auer. ait, ꝙ in motu locali solum ex illa diffinitione manifesta est continuatio. Qui motus est primum analogatum sub illa diffinitione, quia in ipso a principio motus vsq; ad finem apparet, continuationem esse. Sed in alijs hoc latet vtrum continuari possint a principio vsq; ad finem. Nã quando motus quiescit, tunc motus est perfectio eius quod est in actu, vt Auer. ait. 3. phy. 6. Et quia motus annexi mutationibus, necessario merito mutationis, quæ fit in instanti quiescunt. Hinc est ꝙ omnis augmentatio, viuentis,& omnis alteratio annexa necessario mutationi non potest esse continua a principio vsq; ad finem, vt Auerroi placet,& sic contradictio remouetur, vt placet Zimarę in tabulis.

In motu locali a pñcipio vsq; ad finẽ apparet cõtinuatiõem esse.

VTRVM QVALITATES PRIMAE IN ELEMENTIS SINT SVBSTANTIALES FORMAE CONCORDANTIA. XIII.

AVer. 8. metha. 5.& 5. phy. 10. vbi contra Alexandrum disputat, tenet: ꝙ qualitates primæ in elementis non sunt substantiales formę. ℭ Oppositum huius Auer. ait, in libro destructionum disputatione. 6 solutione. 6. dubij. vbi ait, amplius inuenimus, ꝙ hę determinationes sunt in subiectis earum substantię. Hoc etiam videtur innuere. 3. cœli. 30. vbi ait, deinde post hęc perscrutemur de qualitatibus,& quantitatibus eoꝝ. i. quę est substantia et si sunt corpora,& quę corpora sunt & quoꝝ sunt elementa. d. perscrutemur de qualitatibus eorum per quas sunt elementa. Hoc etiam videtur velle in Có. 1. quarti. metheoro. vbi habet, ꝙ caliditas, frigiditas, humiditas& siccitas, sunt virtutes elementorum per quas elementa sunt elementa. ℭ Ad hoc dico, ꝙ in hac re sunt duæ positiones, vna est Alexandri dicentis, has qualitates in simplicibus esse substantiales formas. licet Ioannes andagauensis in. q. quinti phy. q. 3. dicat ꝙ Alexander nunquam dixerit hoc nisi sub conditione & letetur in sua expositione. Tamen contra ipsum est Auer.& Themi. qui dicunt hanc fuisse opinionem Alexandri. Et etiã hoc patet, per verba ipsius Alexandri in libro de sensu cap. de sapore & in libro de anima. Et mirum est de Zimara, ꝙ audeat dicere in hoc ꝙ forte Auer. non damnat Alexandrum nisi in verbis cum Auer. non adeo pauci ingenij extiterit ꝙ mentem Alexandri non perceperit. Altera est Auer. positio. 8. metha. 5.& 5. phy. 10. tenentis oppositum. Et ad contradictionem respondet Suessanus in Commentationibus libri destructionum disputatione. 6. vbi ait, ꝙ dupliciter sumi potest elementum: vno modo in se,& quo ad eius esse. Alio modo quo ad nos, prout. s. a nobis cognoscitur,& intelligitur. Primo modo adhuc elementum potest accipi vt habet esse quiditatiuum,& substãtiale. Alio modo vt habet esse naturale. Et. 3. vt habet esse operatiuum. videlicet, vt agit & patitur. Si secundo modo vel actu physicali, vel actu methephysicali, intelligitur. His habitis, dicendum ꝙ si quo ad esse quiditatiuum in se elementum consideratur: vt sic, qualitates non sunt essentia, neq; pars essentię elementi. Immo tota essentia elementi, vt sic: erit forma: & deferẽs essentiam erit materia. Et sic verificatur dictum Auer. 5. phy. 10. vbi contra Alexandrum dixit qualitates non esse formas elementorum &. 8. metha. 5. vbi ostendit huiusmodi qualitates non esse substantias elementorum. Si autem quantum ad esse naturale elementum consideratur, vt sic, qualitates sunt substantię seu essentię elementorum. Quoniam quantum ad esse physicum,& naturale, qualitates sunt principia essendi naturaliter eorum: eo quia ipsis ablatis, substantia eorum aufertur: & ipsis positis elementoꝝ substantię ponuntur: immo sic, sunt propria elementorum & elementa intenduntur & remittuntur, secundum harum qualitatum intensionem,& remissionem vt. 3. cœli. 67. Auer. ait. Et sic põt verificari eius dictũ in lib. destructionũ,& 3. cœli. 30. Si vero considerentur elementa, quantũ ad esse actiuum,& passiuum, vt sic, qualitates sunt naturæ,& formę naturales elementoꝝ: eo quia sine huiusmodi

Positio Alexãdri.

Positio Auer.

Elementũ multipliciter sumi potest.

qualitatibus elementa non possunt operari nec actiue, neq; passiue. Quoniam vt dicitur in lib. de sensu ignis non agit inquantum
ignis: sed inquantum calidus. Et sic verificatur dictum Arist. 2. perigeneseos vbi ait, elementorum differentias esse qualitates tangi
biles. Et sic verificatur dictum Auer. 4. metheororum. Si vero consideretur quo ad nos, vt sic, dicendum, ꝙ qualitates sunt, quiditas
vel differentiæ elementorum: quoniam non possunt intelligi a nobis quo ad differentias proprias: ideo vtimur qualitatibus loco illa
rum vt Auer. dicit. Si vero considerentur consideratione methaphysica. s. inquantum substantię sunt, vt sic, sola forma, & materia,
est principium essentiæ, & quiditatis immo forma solum. Dicendum ergo, ꝙ qualitate sunt vno modo formę seu essentiæ elemento:
rum siue substantiæ. Alio modo naturę elementorum. Alio mō quiditates seu differentię elementorū. Sunt quidē formę, seu substātię:
seu essentiæ: prout, habent esse elementa per illas in esse naturali. Sunt quoq; naturę prout, elementa habent agere vel pati pp il-
las. Sunt tertio quiditates, & differentiæ, prout, diffinitur a nobis physica & naturali diffinitione, & sic dicta Auer. concordan
tur a Suessano quidquid ab alijs dicatur. scio. n. multos multa dicere. hæc dicta sint de mente Auer. Quid autem sit veritas in se
non est presentis negotij: cum hic intentio mea sit, Auer. dicta quę oppugnare inter se videntur, sedare. Vnū tamen est animaduer

Opinio alexandri nō deridenda Aris. fauet Alexādro.

sione, dignum ꝙ opinio Alexandri non est deridenda, vt aliqui ad pauca respicientes faciunt: cum non solum Alexandri, verūetiā
multorum doctorum illustrium ex gręcis expositoribus opinio fuerit. Immo si ueritas inspiciatur, videbitur, ꝙ verba Aristo. magis
fauent Alexandro q̄ alijs: & maxime. 2. de generatione, 6. nec multum satisfaciunt dicentes ꝙ Aristo. ibi per qualitates primas cir-
cumscribit elementorum formas cum sint ignotę. Cum mirum videtur, ꝙ fuerint adeo ignotæ, ꝙ Aristo. nullibi ipsis elementis alias
formas posuerit pręter istas qualitates. Et si nomine carebant, potuisset tamen dicere: ꝙ pręter materiam; & formam, elemen-
ta habent istas qualitates sicut in multis alijs fecit. & sic communi sermone nos aliquo modo certos reddidisset. Nonne in hoc ar-
duo negocio potuerat suo documento vti: quod in pędicamento relationis tradidit, ꝙ fortasse erit necessarium fingere nomen. Cū
& ipse sciebat, nomina non anxie quęri, res ipsas spectari oportere exactoq; contemplari. Non ꝙ nominibus sit abutendum, hoc

Noia curare oportet vt res clarescat.

dico: sed ꝙ poterat decenter (& si non simpliciter pętextu aliquo) ad rei cognitionem nos aliquo nomine ducere. Nomina enim
eatenus curare oportet, vt dilucida significatę rei interpretatio sit: ipsas autem res de quibus oratio habetur, inuenire sic studen-
dum est vt nihil ex his lateat vt docuit Gal. in lib. de tumoribus pręter naturam. potuisset enim Aristo. si tales formę dantur præ-
ter qualitates primas nomen adaptare in hac re obscura cum ipsum (vt opinor) huius rei natura minime latebat. Materia. n. pri-
ma de se ignota est, tamen Arist. inuenit modum ꝙ non dereliquit nos circa ipsam in tanta ambiguitate vt patet. Nec auctoritas. 3.
metha. vbi habetur, substantiam quæ maxime significare videntur sunt aqua, ignis, aer, & terra: ex quibus cōposita componuntur.
horum autem calores, & frigiditates, & similes passiones non sunt substantiæ. Contra Alexandrum absq; hęsitatione concludit:

Auctoritatibus tertii metha. nō est adhibēda fides per certitudinem.

quia auctoritatibus. 3. metha. non est adhibenda fides per certitudinem. Quia sicut scribit Auer. in com. 1. illius. 3. Arist. in illo libro
per sermones disputatiuos ad vtranq; partem exagitat omnes questiones scientiæ diuinę. Et mirum est de Zimara qui in sua tabu
la ex hac auctoritate sic concludit contra Alexandrū, cum ipse met theoremate. 87. accipit pro se hanc sententiā. s. ꝙ auctoritati
bus. 3 metha. non est adhibēda fides per certitudinē. in alia materia. Nec auctoritas Arist. in de sensu & sensili. s. ignis, nō agit in
quātū ignis: sed inq̄tū calidus: concludit. Quia pro Alexandro pōt dici, ꝙ li inq̄tum stat specificatiue, & ostendit principium quo:
& est ipsa forma, quę caliditas est. Sicut in simili docet Arist. 1. de anima. 64. melius aūt fortassis non dicere animam misereri, aut
addiscere, aut intelligere: sed hominem anima. Sic etiam non dicimus ignem, vt ignis, agere: sed ignis caliditate. Nec etiam proposi
tio quę sumitur ex Arist. 1. phy. s. quod vere est nulli accidit, demonstrat contra Alexandrum quia Gręci expositores huius vię di
cunt: ꝙ non habet locum in substantia simplici. quēadmodum & sententia in pędicamentis posita. s. substantię nihil est contrariū.
Alia etiam ad hoc assignatur. Responsio, quę habet ꝙ auctoritas Arist. non est ad propositum: dicit. n. si quod vere est. i. si ens par
menidis accidit nulli. i. non est accidens: sed illi quid accidit &c. insuper dicunt, ꝙ cum huiusmodi formæ inter substantiam &
accidens sint mediæ, & sint imperfectę, licet elementis sint substātiales, possunt tamen esse accidentia nobis. Et hoc non incōuenit,
quia in elementis dent esse eis, in nobis autem & in alijs mixtis disponunt materiam pro forma perfectiori, & sic sunt accidētia
& se tenent ex parte materię. Vnde cum elementa sint materia mixtorum homogeneorum: dicitur, ꝙ formę elementorum disponē
tes materiam pro illa forma mixti, sunt se tenentes ex parte accidentis: sicut etiam mixta homogenea, sunt materię etherogeneo
rum. Et ideo forma homogenei disponens materiam pro forma etherogenei est sicut accidens etherogeneo. & ēt idem dicatur, de
forma etheorogenei respectu animę. & sic soluunt. & multę alię adducuntur responsiones vnde res non est sic clara vt ipsi tenē
tes partem Auer. credunt. & plura adducuntur argumenta quæ possunt solui pro Alexandro. Non tamen volui hęc dixisse, ꝙ in
tendam dicere ꝙ opinio Auer. sit erronea, & contra Aristo. cum non sit præsentis negotij hęc discutere. Sed volui ostendere ꝙ opi
nio Alexandri potest sustentari. nec Arist. aliquid dicit contra se, quod non possit trahi ad bonum sensum pro se. & ꝙ non est de-
ridenda vt nonnulli faciūt. immo his temporibus multi doctores celeberrimi defendent opinionem Alexandri, quę est Galeni, vt

Galen' cū alexandro sensit de q̄litatib' primis.

est excellens Mattheus curtius. & multi ex doctoribus patauinis. Nec verum est id quod aliquid solēt dicere, ꝙ Galenus nō fue-
rit opinionis Alexandri. Immo Galenus ostendit in multis locis illam fuisse suam opinionem: vt est videre in. 1. de elemētis. & in
Com. 2. libri de natura humana, &. 1. de vsu partium. 9. & 3. de temperamētis. 4. & alibi. vt patet exercitatis in doctrina sua.
Et licet hic de Galeno loqui nō intēdam: tamē quia scio eius doctrinam versari in hoc almo gimnasio patauino & apad bonos au
ctores: quam altissimus generi humano succurrens è tenebris suscitauit: & multos ex doctis viris tenere Galenum nō esse cum
Alexādro propter aliquas auctoritates quas adducūt: spero nō inutile eas breuiter soluere. Et in primis adducūt auctoritatem pri
mi de tuēda sanitate circa principium. vbi loquēs Gal. de semine & sanguine, ex quo generatur fœtus: dicit constat horum vtrūq;
ex iisdem genere elemētis: humido, sicco, calido, & frigido: aut, si mauis ab essentia sumptis nominibus, q̄ a qualitate nominasse,
aqua, terra, igne, & aere &c. Respōdetur, ꝙ Gal. illo loco vtitur vno vocabulo substantiam significante ουσια. quo vocabulo no-

Rñsio quō itelligitur auctoritatibus Galeni.

minat totum compositum: & aliquando etiam materiam subiectam, vt in libro de natura humana cōmento. 2. quum loquitur de
melisso. Et dicit, ꝙ ponebat substātiam informem: vtitur eodem vocabulo, quo nunquam. vtitur, ad significādum formam. Neque
ουσια idem est, ꝙ quiditas. Sed quum Gręci volūt dicere quiditatem dicunt τὸ τί ἦν εἶναι. quod latini dicūt quod qd erat
esse. Et sic dicitur, ꝙ Galenus voluit dicere si vis elemēta, magis nominare a substātia. i. a toto composito, q̄ a qualitate &c. Et il-
lud dix

illud dixit propter etheneum, qui, vt dicit in primo de elementis non audebat appellare elementa, ignem, aquam, aerem, & terram, sed dicebat, calidum, frigidum, humidum, & siccum. Adducitur etiam in contrarium auctoritas Galeni. 8. de decretis Hyppocratis & Platonis. vbi Platonem cum Hyppocrate de elementis sentire ostendit. Sed differre tantum, quia Plato non satis habuit considerare facultates, quæ extant in elementis: sed inquisiuit etiam causam generationis eorum: sequutus speculationem inutilem medico. Scire enim cur humectat aqua, vrat ignis, vel cur fluat aqua, sursum feratur ignis, stabilissimaq́, & grauissima elementorum, terra constiterit: ad morborum curationem nihil confert. Ad sanitatis enim conseruationem, & medellam morborum, sufficit cognoscere sanitatem effici ex temperatura calidi frigidi &c. & ex horum intemperaturis morbos accidere. Et sic videtur, ꝙ voluerit Galenus dari aliam formam substantialem elementi, præter qualitates: cuius consideratio est inutilis medico. sed debet a philosopho considerari. quam formã intelligit, quum dicit: scire enim cur humectat aqua, cur vrit ignis &c. Nam aqua humectat, quia habet talem formam substantialem: pariter ignis vrit, quia habet talem formam substantialem: quæ si non daretur, habitis qualitatibus: haberemus cur aqua humuctet, & ignis vrat &c. non amplius id esset quærendum. Et sic isti nolunt glosare omnia dicta Galeni, ꝙ loquutus est vt medicus, quum videtur ponere qualitates cum materia subiecta facere elementa. Respondetur, ꝙ Plato vt ibi declarat Galenus. & vt etiam inquit in. 4. cœli Aristo. tex. 8. voluit reddere rationem exempli causa, cur ignis leuis, & terra grauis: quoniam dicebat partes ignis esse pyramitas quæ constat ex quatuor triangulis equilateris. sed partes terræ esse figuræ, quę hexaedros: idest sex quadratis constat. partis aeris constare figura, quę octaedros ex octo triangulis equilateris. partes aquæ constare figura quæ icosaedros ex viginti triangulis. Et sic volebat illud corpus esse leuius quod constabat minoribus vel paucioribus triangulis & cætera. Quam opinionem non laudat Galenus: sed dicit, qua de re recte ne an secus opinatus fuerit non est pręsentis negocii diffinire. quam opinionem reprobat Aristo. 4. cœli. 8. 9. 10. & 11. Et ꝙ Galenus non laudet opinionem Platonis, videtur, eo posse declarari, quia vult Galenus Aristo. recte exposuisse quæ ab Hyppo. dicta sunt. Clarum est enim Aristo. non meminisse de alia causa cur ignis vrat &c. sed reprobare Platonem. ergo & Galenus etiam voluit in hoc Platonem non recte sensisse. Quum præter ea non solum Galenus, sed etiam Aristo. dicat ea quę dicit Hyppo. de elementis: sequitur ꝙ non solum medicus, sed etiam philosophus debet fateri formas substantiales esse primas qualitates & non dari alias formas, quia si darentur de eis meminisset Aristo. & sic patet ex his ꝙ ex dictis auctoritatibus Gal. noluit elementa habere alias formas præter qualitates vt nonnulli opinantur. Dicunt etiam ꝙ Galenus dicit has esse qualitates quatuor corporum, & dicunt videtur ꝙ sint corporum, quę sunt in actu: ergo datur alia firma per quam corpus est in actu: vt recipiat qualitates istas primas. Respondetur ꝙ est in actu per has qualitates elementum & corpus. Et quum dicitur, ꝙ sunt qualitates corporum &c. Respondeo ꝙ similiter dicimus ꝙ anima est actus corporis physici &c. quod tamen corpus est in actu per animam: ita etiam iste qualitates sunt corporis quod est in actu per qualitates. & sic patet ꝙ nihil habent, ist pro se ex Galeno. Hæc satis pro nunc quo ad Galenum. Sed sciendum ꝙ illud quod inducit multos ad Alexandri opinionem sic paruifaciendam, est ꝙ illa quæ valent in substantia composita, & perfecta: volunt ꝙ pari modo procedant in substantia simplici & imperfecta vt sunt elementorum formæ. Quæ tamen opinio non sic paruifacienda est, cum & Alexander fuerit magnus philosophus. Tamen quidquid sit, nos in hoc opusculo opinionem Auer. sequemur cum hic dicta Auer. declarare intendamus, & illud ponemus quod illi est conforme.

Ratio s̃m Platonem cur ignis leuis, terra grauis &c.

Cãusa erroris multorum

VTRVM ACCIDENS VNI, POSSIT ALTERI ESSE SVBSTANTIA. CONCORDANTIA. XIIII.

ARisto. 1. phy. 30 & 27. dicit, quod vere est, nulli est accidens. Et Auer. ibi. ¶ Oppositum huius videtur dicere ipse Auer. in libro destructionum dispu. 12. solutio secundi dubij: & 12. metha. 51. dicit in Deo scientiam esse substantiam: tamen in nobis qualitas est. ¶ Ad hoc dico, ꝙ propositio philosophi in. 1. phy. (licet aliter possemus dicere) habet veritatem in his quæ vniuoce participant rationem eius. Et ꝙ dicta propositio sic intelligatur, est mens ipsius Auer. 8. metha. 5. nam quando istam propositionem assumit, contra Alexandrum arguendo: dicit, & si esset in aliquo accidens, & in aliquo substantia tunc diceretur equiuoce. Vnde patet, ꝙ si aliquod equiuoce dicitur de aliquibus: tunc dicta propositio non babet locum. Scientia autẽ equiuoce dicitur de nostra, & de scientia dei. vt dicit Auer. 12. metha. 51. & sic non est contradictio.

Scientia equiuoce dicitur de nostra, & de sciẽtia dei,

VTRVM COMPOSITVM SIT NOBILIVS ET PERFECTIVS MATERIA. CONCORDANTIA. XV.

ARisto. 8. physi. 75. ait. Prius autem & natura, & ratione, & tempore: est perfectum imperfecto: corruptibili autem, incorruptibile. Et hoc etiam Auer. ibi. Ex quibus habetur materiam nobiliorem, perfectioremq́ composito esse. Nam materia neque generabilis est, neq́ corruptibilis per se vt Aristo. ait. 1. physicę auscultationis. 82. vbi ait. Corrumpitur autem » & fit, est quidem vt sic: est autem vt non: secundum quid enim quod est: in quo secundum se corrumpitur quod enim corrum» pitur in hoc est priuatio inquantum autem secundum potentiam non per se, sed incorruptibilem, & ingenitam necesse est esse ip» sam. Hoc etiam Auèr. ait. Compositum autem ex materia & forma corruptibile est vt dicit Auer. in libro destructionum dispu. tertia solu. 19. dubij. Vbi ait, omne compositum possibile. Vnde patet ꝙ materia nobilior est. ¶ Oppositum huius habetur ab Auer. 2. physi. 4. vbi ait, compositum igitur est dignius, habere hoc nomen substantia: q̄ materia: quia est in actu & materia est in potentia. Hoc etiam habetur. 7. metha. 7. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ compositum est dignius ipsa materia: quia vt Auer. ait. 2. physi. 4. compositum est in actu: & materia in potentia. Nec obstat propositio ipsius Auer. ꝙ causa est dignior causato. Nam vt dicit Scotus non intelligitur de materia ad auctoritatem philosophi & Auer. 8. phy. 75. dicitur, ꝙ illa auctoritas sano modo intellecta non est contra determinata. Et hoc modo intelligi debet, ꝙ licet æternum, inquantum æternum est: est prius perfectione

Compositum dignius ipa materia

corruptibili, inquantum corruptibile est. Non tamen quodlibet æternum est prius perfectione quolibet corruptibili. Nam materia cum sit ens in potentia, non potest esse perfectior forma, aut composito, quæ sunt in actu. Quia perfectio non insequitur gradum precissum entis: sed entis in actu. Nec etiam principaliter penes durationem attenditur rerum perfectio: alioquin mineralia, & elementa, essent plantis & animalibus perfectiora. cui aduersatur Aristo. primo de generatione animalium cap. 1. & beatus Augustinus in primo de trinitate. Viuentia nõ viuentibus, intelligentia non intelligentibus, beata miseris preferenda iudicamus. Nec homo esset animalium perfectissimus contra philosophum. 2. de partibus animalium cap. 10. vbi dicit ꝙ solus homo ex nobis cognitis animalibus particeps est diuinitatis: aut omnium maxime. Quia elephas (vt scribit Aristo. 8. de natura animaliũ cap. 8.) secundum aliquos per ducentos annos: secundum vero alios per tricentos vitam ducit. Nec etiam rerum perfectio vt non nulli opinantur attenditur penes multitudinem, aut paucitatem. Inquit. n. themistius. 3. de anima. Perfectio rerum non numero aut multitudine corrogatur, sed pondere. Et cap. 45. ait, ꝙ non qui plura intelligit, pluris est: sed qui meliora, & nobiliora. Nec circa indiuiduorum multitudinem in eadem spetie attenditur perfectio: quoniam in mineralibus & lapidibus rariora plerũꝗ inspicimus esse, in nobilioribus naturis q̄ vilioribus. Plures. n. sunt lapilli q̄ iacinti aut topatij carbũculi &c. et vt habetur ex Auer. 7. diuinę philosophię. 31. plures sunt feminæ q̄ mares. Etiam plures sunt vulgares, & ignari q̄ litterati. & inter litteratos plures sunt illi qui. proprie loquendo sunt artifices. q̄ philosophi & speculatiuis disciplinis dediti. Et hoc non prouenit propter imperfectionem & vilitatem philosophiæ. sed prouenit ex profunditate speculationis & difficultate ipsam acquirendi, postea accedit auri fames insatiabilis sed de his satis. scio. n. a vulgi hominibus hæc paruifacienda.

Perfectio non penes multitudinem.

Plures feminę q̄ mares.

VTRVM ACCIDENTIA QVAE SVNT SENSIBILIA PROPRIA, HABEANT MAIOREM COMMVNICATIONEM CVM SENSIBILIBVS COMMVNIBVS: QVAM CVM SVBSTANTIA? CONCORDANTIA XVI.

AVer. 2. de anima. 65. in digressione quam facit de sensibilibus ait: & possumus dicere in hoc duos sermones, quorum vnus est, ꝙ ista cõmunicatio magis videtur necessaria in esse propriorum sensibilium. v. g. quantitas. Color. n. non denudatur ab ea: & similiter calor & frigus quæ appropriantur tactui. Color. n. non est necesse vt sit in so; aut Platone, neꝗ necessitate propinqua, neꝗ remota. Ex quibus clare patet, ꝙ sensibilia propria quæ sunt accidentia maiorem cõmunicationem habent cum sensibilibus cõmunibus quę & ipsa accidentia sunt q̄ cum substantia. ¶ Oppositum habetur ab Auer. 12. metha. 3. & 7. metha. 4. & 1. phy. 14. vbi ait, accidens nullum separabile esse a substantia. Vnde si accidentia nullo pacto absꝗ substantia esse possunt non videtur ꝙ maiorem cõmunicationem habeant sensibilia propria, que sunt accidentia, cum sensibilibus cõmunibus, quę accidentia sunt: q̄ cum ipsa substantia: sine qua esse non possunt. Ad hoc breuiter dico, ꝙ Auer. 2. de anima loco allegato loquitur de accidentibus vt sunt sensibilia. Et loquendo de accidentibus vt sensibilia sunt, ipsa dupliciter possunt considerari. Vno modo quo ad esse subsistentiæ pro vt sunt in rerum natura: alio modo quo ad immutationem sensus. Hac posita distinctione, dico, ꝙ quando Auer. dicit ꝙ maiorem cõmunicationem habent sensibilia propria cum sensibilibus cõmunibus q̄ cum substantia: loquitur, de accidentibus, vt sunt obiecta sensus: & habent immutare ipsos. & non de accidentibus vt sunt in rerum natura: vt eius verba ostendunt. Et sic sibi ipsi contrarius non est. per hanc solutionem patet solutio ad oppositionem sancti Thomæ quam facit contra Auerroem. 2. de anima lectione. 13. & hæc sufficiant.

Accidẽtia dupliciter possunt cõsiderari.

VTRVM OMNIA SENSIBILIA COMMMVNIA SINT PERCEPTIBILIA AB OMNIBVS SENSIBVS: VEL SOLVM TRIA? CONCORDANTIA XVII.

AVer. 2. de anima. 64. ait & hoc quod dixit: ista. n. non sunt propria &c. nõ intendit ꝙ vnũquodꝗ istorum quinꝗ est cõmune vnicuiꝗ sensuum vt intellexit themistius & secundum ꝙ apparet sed tria eorum. s. motus, & quies, & numerus, sunt cõmunia omnibus. figura autem, & quantitas, sunt cõmunia tactui, & visui tantum. Et sic intendit per hoc quod dixit sed cõmunia eis omnia. i. sed omnia sunt cõmunia sensibus: non omnia omnibus sensibus. Ex quibus patet non omnia ab omnibus sensibus perceptibilia esse: sed solum tria. ¶ Oppositum huius videtur velle. 2. de anima. 133. vbi mentionem faciens de istis sensibilibus cõmunibus, ait, omnia. n. ista sentiuntur a quinq; sensibus. Ad hoc respondeo (quid quid ab alijs dicatur) ꝙ ista sensibilia (pro vt a simplicio in. 2. de anima habetur) percipi ab omnibus sensibus contingit duobus modis. vno modo, exquisite, & distincte, & determinate: & sic tria ab omnibus, & duo. s. figura, & magnitudo, a tactu, & visu. Et sic loquitur & intelligi debet Auer. in. 2. de anima. 64. Alio modo confuse, & non ita determinate. Et sic omnia ab omnibus. Magnitudo autem, & figura, percipiuntur quoꝗ ab omnibus sensibus: sed non ita determinate, vt percipiuntur a visu, & tactu, & hoc voluit Auer. in. 2. de anima. 133. & sic intelligi debet Auer. non. n. erat adeo Inscius, ꝙ si aliquod sonet, vt puta campana: ꝙ auditu non percipiatur campanæ magnitudo. Et si non distincte secundum tripedalem quantitatem, aut secundum quadrupedalem: tamen eam esse magnam percipitur: immo vnam esse altera maiorem. Similiter si cadat moneta, auditus magnitudinem percipit. & sic de figura. & sic remouetur contradictio.

Sensibilia cõia pcipi ab oib' sensibus dupliciter cõtingit.

VTRVM MOTORI COELESTI IN MOVENDO SIT LABOR, ET FATIGATIO, AC DIFFICVLTAS? CONCORDANTIA XVIII.

AVer. 2. cęli 3. ait, apparet ex hoc quod declaratum est ex sua natura ꝙ in hoc motu non cessanti non accidit ei labor, neꝗ fatigatio. ¶ Oppositũ huius videtur innuere. 7. phy. 35. dum ait, necessario. n. debet esse resistentia inter motorẽ, & rẽ mo-

tam: & siue motio fuerit naturalis, aut innaturalis. Et ista resistentia communis est secundum ꝙ alterum agens & reliquum patiens. Vnde dicimus in virtutibus cælestibus mouentibus, ꝙ non meuet quęcunque potentia, quodcunque corpus cæleste: sed quælibet potentia, mouet corpus proprium: in velocitate propria. sed omnes conueniunt in hoc, ꝙ mouent in infinitum. Et secundum hunc modum, non est proportio inter eas, & motum. Secundum vero ꝙ vnaquęque earum mouet corpus proprium velocitate propria: secundum hoc habent proportionem propriam ad motum uel cum moto. Hoc etiam apparet per multa verba in.2.cæli.39. Ex quibus habetur, ꝙ inter motorem cælestem, & suum mobile, est resistentia, & per consequens labor, & fatigatio. Nam (vt dicit ipse Auer.2.cæli.3.& cap.2.de substantia orbis) causa fatigationis in motibus animalium est, quia principium passiuum, contra resistit principio actiuo motus: quia corpus resistit animæ, cum nos mouet multum ad contrariam partem illi ad quam intendimus moueri ex anima nostra. Quapropter accidit nobis, labor, & fatigatio. Et Aristo.2. cæli.63. videtur velle in cælo difficultatem esse. Ad hoc respondetur; secundum Ioannem andegauensem in quæstionibus.2. de cælo, ꝙ in motu, mobile resistere motori intelligitur dupliciter: vno modo ex inclinatione naturali ad alium motũ illi ad quẽ mouet motor: vt corpus animalis habet naturalem inclinationem ad motum deorsum: quia graue est. Et ille motus, est alius ab illo, ad quem mouet motor: vt anima mouet: & vbi est talis resistentia: ibi est labor & fatigatio. Alio modo potest intelligi ꝙ mobile resistat motori, secundum diuersitatem potentię ad actum, quia mobile est in potentia tale, qualis est motor in actu: & illa resistentia necessaria est in omni motu: & sic cælũ resistit motori: quia in potẽtia est in aliquo vbi, & in opposito vbi ad qđ motor intendit ipsum mouere. Et ex tali resistentia, non est labor & fatigatio. Et hoc modo secundum ipsum remouetur contradictio. Sed Suessanus.2.cęli.39. impugnat dicta ipsius Ioannis in hoc. Et dicit ꝙ solutio Ioannis non satisfacit: quia cum infinita velocitate potest stare hæc resistẽtia diuersorum vbi: potest enim cælum moueri in duplo velocius, & habere adhuc potentiam ad diuersa vbi, & rursus in triplo velocius & habere eandem: & ita in infinitum. Et sic nulla esset causa quare tanta velocitate mouetur, nisi voluntas motoris. Vnde ipse respondendo, dicit: ꝙ cælum resistere motori dupliciter intelligi potest. Vno modo respectu termini: quia non permittit vt inducatur ita cito in terminum ad quem vt motor intendit: sed tempore determinato. Non autem respectu motus, quia non inclinatur ad contrarium motum illi quo mouetur. Et propter hoc non est ibi labor, & fatigatio. Et ad hanc solutionem remittit se, in.63. eiusdem libri dato ꝙ ibi strictius loquatur. Et si aliquis instaret hoc modo. Si cælum resistit, & non permittit, vt inducatur, ita cito in terminum ad quem, vt motor intendit: ergo inclinatur ad oppositum. Respondet in libro destructionum dispu.13. solu. secundi dubij ꝙ consequentia non valet. Et ratio: quia non resistit ratione formę contrarię ipsi agenti: sed ratione limitationis naturæ rei motæ. Vnde cælum resistit: quia natura sua est limitata ad sic moueri, vel sic. Vnde non sequitur ergo inclinat ad oppositum: sed bene sequitur, ergo non propinat ad tantam velocitatem quanta motor intendit mouere. Et sic soluit. Vnde iste doctor præter priuatiuam resistentiam quæ communis est omnibus, ponit in corpore cælesti resistentiam positiuam: & plura dicit quę ibi videas. Et licet modus Ioannis non videatur de mente Auer. quia reducendo resistentiam, quę in corpore cælesti reperitur, ad hoc solum: quia cælum est in potentia ad aliquod ubi, & in opposito vbi ad quod motor intendit: non video modum quo bene soluatur instantia pręducta. Tamen ipse Suessanus non videtur tutus in hoc quod dicit, ꝙ intelligentia vult mouere velociori modo quo mouet: tamen non potest, quia cælum non permittit ex natura sua: quia sequeretur, ꝙ intelligentia non adimpleret suam voluntatem: & suum desiderium frustrantur: & sic in illo motu essent duo principia diuersa & vnum contradiceret reliquo sicut in animalibus: dato ꝙ contradictio in animali sit, quia vnum principium intendit vnum motum: & aliud ex sua natura in alium illi diuersum: & illis sit repugnatia, quia vnum intendit in tanta velocitate mouere, & non potest, & aliud in velocitate illi diuersa permittat ex natura sua moueri, & conueniant quo ad motum circularem. Non enim video quomodo saluetur, ꝙ non sit labor, & fatigatio, & difficultas, & infelicitas nimis correspondens statui animalium. Quod contra Aristo. & Auer. est. Vnde ad hauc contradictionem verba Auer.63. secundi de cælo adducenda sunt, vbi ostendit contrarietatem quę inuenitur inter cæleste corpus, & suum motorem: vt patefiat quæ resistentia sit ista, & quomodo ex illa non est labor, & fatigatio, & difficultas in mouendo modo quo in animalibus principia diuersa habentibus resultat (sicut est intentio Zimaræ super.2. cæli. 63.) Vnde ex sua solutione nostræ contradictionis solutio apparebit. Auer. in.63. secundi de cælo dubitat, quia per verba Aristo. videtur sequi ꝙ secundum opinionem Aristo. in cælo sit difficultas: quod est falsum: quia difficultas prouenit a contrarietate, & a materia. In cælo autem non est materia nec contrarietas. ergo ibi non est difficultas. Secunda ratio est, ꝙ si esset in corporibus cælestibus difficultas, tunc intelligentia nihil operaretur: quia declaratum est in.8.phy.78. ꝙ intelligentiæ sunt virtutes infinitæ. Orbes autem habent potentias finitas. Finiti autem ad infinitũ non est proportio. ergo nulla esset proportio, inter intelligẽtiã mouentẽ, & cælum. Soluit Auer. & duo facit, primo ponit solutionem, secundo confirmat. Et soluendo dicit, ꝙ inter intelligentiam quæ mouet, & mobile, est quædam contrarietas quæ est secundum potentiam & actum: & propter hanc contrarietatem, ibi resultat quędam proportio terminata inter virtutem mouentem, & orbem motum. Nam virtutes istæ sunt terminatæ. vt.38.& 39. secundi de cælo. Finitas virtutis competit formis, in eo ꝙ formæ: ita ꝙ competit cuilibet formæ, in eo ꝙ forma. Contrarietas ergo inter intelligentiam & orbem non est contraritas vera: quia talis est solum in corporibus quæ sunt hic. sed ibi est contrarietas secundum potentiam & actum. vt.9. metha.13. Potentia & actus opponuntur relatiue. Et secundum istam contrarietatem resultat quædam proportio terminata inter intelligentiam mouentem, & corpus cæleste motum. Vult dicere Auer. ꝙ illa contrarietas est secundum potentiã & actus, quia motus cæli, est ex desiderio rationali, quia causatur a voluntate mouente. Vnde tanta est coniunctio inter intelligentiã & orbẽ, ꝙ quãta velocitate appetit intelligentia mouere: tanta velocitate, appetit orbis moueri. Vnde nos videmus, ꝙ quãto aliqua forma est magis eleuata a materia tãto magis dominatur suis passionibus. vt anima humana. Bruta aũt nõ dominãtur suis passionibus cũ sint immersa materiæ. Postea Auer. confirmat suũ dictũ. qa dixerat, ꝙ potẽtiæ quę mouẽt orbes sunt finitæ, & ꝙ non possunt mouere quacunq; velocitate. Cuius oppositũ videtur dixisse Arist. in.8.phy. dicit Auer. ꝙ nõ est demóstratũ ab Arist. intelligentiã esse virtutis infinitæ: & ꝙ possit mouere in infinitũ. dicit Auer. ꝙ si hoc esset. Primo sequeretur ꝙ motus esset in instãti. Secũdo sequeretur, ꝙ corpus illud motũ, esset infinitũ. Et ille locus est clarissimus, qui nõ põt solui a tenẽtibus in via Auer. deũ esse infiniti vigoris. Et sic patet, qualiter oẽ dubiũ remouetur: & qualis resistẽtia sit, in corpe cælesti. Et ex omnibus istis patet.

Rñsio fm Ioannem.

Respõsio Suessani

Ad contra dictionem

quid dicendum formaliter ad contradictionem. Quòd motori cœlesti non accidit labor, & fatigatio, in mouendo: vt in animalibus accidit. Et ad illud quod dicitur, ꝙ est resistentia: ergo labor, & difficultas. Dico, ꝙ resistentia quæ in cœlo reperitur: est tali modo. Nam in cœlo est contrarietas modo dicto, & ex tali contrarietate, resultat quędam proportio: ex qua debita proportione resultat illa resistentia: quæ est, ꝙ cœlum non potest maiori velocitate moueri, qua mouetur. Non dico, ꝙ intelligentia intendat velocius mouere (vt Suessanus dicebat). Et ex tali resistentia, non prouenit labor, & fatigatio, neq; difficultas, nisi velemus extendere nomẽ laboris, & difficultatis, ad quamcunq; resistentiam: & dicere, ꝙ quemadmodum est contrarietas ibi non vera, & ꝙ ex illa resultat proportio, ex qua prouenit resistentia: sic etiam est difficultas, quasi equiuoce dicta. Et hoc non obstat auctoritati Auer. 2. cœli. 3. Et sic cessat dubium. ¶ Tamen pro maiori declaratione est aduertendum, ꝙ restat dubium quodam. Quòd hoc quod Auer. dicit, ꝙ contrarietas inter intelligentiam, & orbem, est secundum potentiam, & actum, idest, est oppositio relatiua, quia mouere competit actui, & potentiæ moueri: non videtur bene dictum, quia sequeretur, ꝙ elementa possent in vacuo moueri. Cuius oppositum habetur. 4. phy. 71. Probatur, quia forma, vt forma est in actu: inquantum autem, ꝙ est in materia, est in potentia. Cum ergo ad motum sufficiat contrarietas, inter potentiam, & actum: ergo elementa in vacuo possent moueri. ¶ Ad quod respondetur, ꝙ cõtraritas, secundum potentiam, & actum, non sufficit in elementis, pro causando motu: quia in motu requiritur successio. Successio autem, non fit, nisi inter duo entia in actu. Cum ergo in elemento, sit solum materia, & forma: materia autem non est ens in actu: ideo non potest moueri. Sed cœlum diuiditur in duo in actu, in orbem, qui est ens per se, & materia in actu: & in intelligentiam, quę est ens per se. Et ideo ista oppositio secundum potentiam, & actum, est sufficiens in cœlo ad causandum motum. Solutio est Auer. 4. de physica auscultatione. 71. Et hæc sufficiant.

Dubitatio. | Respõsio | Cœlum diuiditur in duo.

VTRVM IN MATERIA SIT ALIQVA ACTIO? CONCORDANTIA. XIX.

AVer. 1. cœli. 20. ait, & si non esset generatio, & corruptio, non staret operatio istius virtutis s. potentiæ. Operatio. n. istius potentiæ quę est ex ea, similis ei quę est abscisio ex acumine gladij: est generatio, & corruptio. Si ergo ista potentia, esset sine generatione, & corruptione: contingeret, vt aliquod ens esset sine actione, per quam fiat ens, quod est impossibile. Ex quibus clare habetur, in materia actionem reperiri. ¶ Huius oppositum ab ipso Auer. habetur, in libro destructionum disp. 6. sol. 6. dubij. vbi ait. Vnde patet, ꝙ philosophi sumpserunt signum subiecti ex passionibus: sicut signũ formæ reperierunt ex actionibus. Impossibile. n. est, ꝙ actio, & passio ab vna, & eadẽ natura procedant. Quare diffinitiue posuerunt, ꝙ omnia corpora ex duabus naturis, ex agente, & patiente. s. ex materia, & forma, cõponuntur. Nuncupatur. n. agens, forma, & quiditas, & substantia: & patiens, subiectum, elementum, & materia. Ex his patet, ꝙ in prima materia, nulla prorsus est actio. ¶ Ad hoc respondetur, ꝙ in aliquo actionem reperiri contingit: vno modo, vt subiecti, alio modo, vt agentis, & operantis. Hac posita distinctione, dico, ꝙ in materia bene est actio vt subiecti: non autem, vt agentis, & operantis. Generatio enim & corruptio sunt operationes agentis generantis, & corrumpentis. Materię autem non est verum, nisi vt subiecti: quemadmodum dicimus, ꝙ motus est actus mobilis vt subiecti: tamen dicitur ꝙ est actio, & operatio, motoris. Et sic transmutatio substantialis est actus subiecti transmutabilis: tamen est actio, seu operatio ipsius transmutantis, vt diffuse in. 3. de physico auditu habetur. Et sic mouetur dubium.

Actio ĩ aliquo dupliciter. | Transmutati substãtialis.

VTRVM GRAVE, ET LEVE, SINT SVBSTANTIAE, AN QVALITATES? CONCORDANTIA. XX.

AVer. 2 de anima. 108. in digressione ait, ꝙ graue, & leue, sunt in prędicamẽto substantię. Etiam hoc videtur affirmare. 1. cœli. 17. vbi ait, & si hoc nomen grauitas, & leuitas, non dicantur vulgariter nisi de accidẽte. In. 2. de generatione, & corrup. 8. dicit esse qualitates. Hoc etiam dicit. 7. de physico auditu. 11. dum dicit, Et grauitas, & leuitas sunt numeratæ in tactu. Et sic ponit esse qualitates tãgibiles. Et. 2. de partibus animaliũ cap. 1. habetur, ꝙ sunt qualitates. In. 5. metha. 18. ait Auer. Leue, autem & graue, numerãtur in accidentibus quantitatis. ¶ Ad hoc respõdetur, & antequam solutio ponatur, dicitur, ꝙ impossibile est, ꝙ graue & leue sint substantię. Et primo est ratio facta ab Auer. contra Alex. 8. metaphy. 5. & 5. phy. 10. Quod vni est accidens impossibile est, vt alteri sit substantia in his quæ vniuoce dicũtur. Altera. n. natura, in alteram mutari nõ põt. Sed grauitas, & leuitas elemẽti, est eiusdem rationis cum grauitate, & leuitate mixti: quod patet, ex operationibus essentialibus ipsorũ. Cũ autem grauitas in mixtis sit accidentalis, nõ erit in simplicibus substantia. Quod autem dicitur a quibusdam, ꝙ rationes Auer. ibi procedunt de alijs qualitatibus, nõ autem de graui, & leui, nihil est. Nam Arist. 2. de generatione. 8. enumerat qualitates elemẽtorum. Et similiter. 2. de partibus animaliũ cap. 1. & ibi ponitur grauitas, & leuitas. Amplius quomodo soluetur ratio facta? Eque enim ratio procedit de grauitate, & leuitate, sicut de alijs qualitatibus. Et quomodo soluetur, ita ratio Auer. pro Alex. soluetur. Est & alia ratio: quia grauia, & leuia, percipiuntur a sensu exteriori sicut patet. 2. de anima. 108. non sic autem substantia nisi per accidens. Percipiũt enim sensus exteriores primo, & per se, obiecta propria: per se etiam, sed non primo, communia: per accidens autem substantiam. Et si dicatur, ꝙ ratio hominis penetrat in substantiam grauis, & leuis. Dico ꝙ immo est sensus tactus exterior. Nam & bruta percipiunt grauitatem: & proijciunt illam. Igitur grauitas est simpliciter accidens. ¶ Hoc stante, ad cõtradictiones duæ inueniuntur solutiones. Vna quæ ponitur a Zimara in solutione istius cõtradictionis super. 7. phy. quę etiã habetur a conciliatore differentia. 42. in. 3. dicendorum, quæ talis est, ꝙ grauitas, & leuitas, qualitates sunt. vt habetur a philosopho 2. de generatione, & 2. de partibus animalium. Sunt substãtię immitatione, & similitudine, quo ad modum immutãdi sensum. Nã sicut substãtia nõ immutat sensum, nisi mediãtibus accidentibus: sic grauitas, & leuitas, nõ immutãt sensum tactus, nisi mediãte motu: & sic assimilãtur substãtię, & non sunt illę: sed sicut ille. Et sic loquitur Auer. quãdo dicit esse substãtias. Ista solutio nõ videtur tuta. Nã ab excellẽtissimo prçceptore meo Marco Antonio ianua cõtra ipsam talis affertur instãtia super. 2. de anima. 108. Per te graue, & leue, percipiũtur mediãte motu: ergo sensibile proprium, sentitur mediãte sensibili cõmuni. Cuius oppositum fieri

Altera natura in alteram mutari nõ põt | Prima solutio

determinauit Aristo.2.de anima.62. ¶ Altera solutio est,quę tangitur a Suessano.2. de anima.108. & etiam haberi potest ab ipso Zimara in loco allegato in solutione pręcedentis contradictionis:& etiam ipsi ianuę placet,quę talis est. Quod ea ratione Auer.vocat graue,& leue,substantias:non ꝙ velit substantias esse:sed quia sępe desunt nobis nomina,quibus res appellamus:& quando latent essentiales differentiæ:vtimur nominibus actionum ipsarum.vt.8.phy.32.&.4.cœli.26.Cum igitur formę elemẽtorum nos lateant,singulum elementorum,propria eorum qualitate nominamus.Quantum ergo non ad esse,sed ad significationem,graue,& leue,dicuntur substantię.Et ideo Auer.dicit,ꝙ quale dicitur de calido,& frigido,proprie:& de graui,& leui, vt de quali essentiali.Et sic sedatur contradictio.Quantum ad illud quod dicit in.5.metaphy.18.ꝙ sunt quantitates.: Auer.glosat seipsum.Nam dicit,ꝙ sunt quantitates secunda intentione.Nam diuiduntur eadem diuisione,qua magnitudo diuiditur. Iuxta illud philosophi primo cœli in maiori quanto,est maior virtus. Tamen ipse in se sunt qualitates naturales Auerroem ibi videas. Et sic cessat dubium.

Secunda solutio

VTRVM CORPORA MATHEMATICA SINT IN LOCO? CONCORDANTIA VIGESMAPRIMA.

ARisto.primo de generatione,& corrup.44.ait,locus,& tactus,sunt inseparabiles a corporibus mathematicis.Ex quibus habemus,corpora mathematica,quę abstrahunt a qualitatibus sensibilibus esse in loco.Huius oppositum, habetur ab ipso Aristo.1.cœli.69.vbi habet,ꝙ omnia corpora quæ sunt in loco,sunt sensibilia. ¶ Ad remouendam istam apparentem contradictionem,sunt duæ solutiones.Prima est Auer.ibi soluentis hoc modo:ꝙ Aristo.quando dixit,ꝙ omnia corpora quæ sunt in loco sunt sensibilia intellexit conuersam,videlicet ꝙ omnia corpora sensibilia sunt in loco.Et quia hæc solutio non concederetur,ab illo qui sequeretur Alexandrũ,tenentẽ,non esse impossibile,corpus aliquod non esse in loco(vt refert Auer.4.phy.43.)qa locus non est corporis essentialiter:quoniam non accipitur in diffinitione corporis:neq; corpus in diffinitione loci.Ideo ponitur altera solutio quæ ex verbis.Auer.habetur.4.phy.47.&.3.phy.60.& talis est:ꝙ omnia corpora quæ realiter sunt in loco sunt corpora sensibilia.Nam corpora mathematica sunt in loco secundum imaginationem.Nam propositiones geometriæ sunt fundamenta imaginationis.Et sic dubitatio remouetur.

Prima solutio

Altera solutio

VTRVM DETVR INFINITVM IN VIGORE? CONCORDANTIA.XXII.

AVer.2.cœli.63.tenet,ꝙ non datur infinitum in vigore.Et etiam hoc alibi ex sua doctrina habetur. ¶ Oppositum huius videtur haberi ex Arist.2.cœli,dum dicit,ꝙ si vnum contrariorum sit in rerum natura,ꝙ detur & reliquum. Et ꝙ ex veritate istius sententiæ,sequatur:probatur,quia datur potentia finita in magnitudine vt patet:ergo datur potentia infinita:quæ non potest esse nisi in vigore. ¶ Ad hoc respondeo,& dico,ꝙ si bene intelligatur propositio Aristo.2.de cœlo.18.non sequetur ꝙ detur infinitnm in vigore.Nam illa propositio tenet de contrarijs positiuis solum:quia contraria priuatiua non sunt de perfectione vniuersi.Vnde omnes speties quæ sunt de perfectione vniuersi,semper sunt in aliquo loco vniuersi. Sed cum contraria positiua importent formam quæ dicit perfectionem in vniuerso:ideo vera est propositio de contrarijs positiuis. Et sic non restat dubium.Multa essent dicenda circa hoc vtrum detur infinitum in vigore.Sed quia prolixe de hoc habetur sermo in alia concordantia:ideo ibi videas.Non enim oportet pluries eadem dicere.Afflictio enim animi est,semper vti eisdem inuentis(vt B.Augustinus ait).Et Galenus.8.methodi.cap.3.dicit.Vnde nec immorandum mihi hic multis est eos imitanti scriptores, qui cum pauca prorsus sciant,ipsa in omnibus libris inculcant.Id enim non multa est docere,sed multa scribere,& multas chartas consumere, cum liceat paucas:ac multum temporis nulla necessitate conterere.Ideo bona fronte illa omittamus.

Galeni dictum

VTRVM VNI, VNVM TANTVM, SIT CONTRARIVM? CONCORDANTIA.XXIII.

ARisto.10.metaphy.14.& primo cœli.10.vult vni vnum contrarium esse. Oppositum huius habetur, ab ipso Aristo. ex duobus locis.Ipse enim.2.de generatione.49.ait,ꝙ igni est contraria aqua.& in.2.cæli.18.ait,ꝙ igni est contraria terra.ergo vni plura erunt contraria. ¶ Ad hoc respondetur ex doctrina Auer.8. physicæ auscultationis.62.ꝙ illa propositio,vni vnum contrariatur,duabus limitatur condictionibus.Vna est,ꝙ vni,vnum est contrarium secundum vnum modum: tamen diuersis modis:vnum plura contraria habere potest.Hac stante condictione dicitur ad contradictionem,ꝙ elementa considerantur vno modo quo ad qualitates alteratiuas.i.primas:alio modo considerantur quo ad qualitates localiter motiuas.Tunc dico,ꝙ in.2.cœli.18.loquitur de elementis,quo ad qualitates localiter motiuas:& sic ignis,& terra,maxime contrariantur. In libro vero de generatione aliter loquitur de elementis.Pro quo videas Auer.3.cæli.1. & vltimo. vbi ait, ꝙ Aristo in libro cæli tractat de elementis vt sunt partes mundi primariæ:in libro vero de generatione tractat de elementis, vt sunt causæ mixtorum: quæ non possunt esse causæ mixtorum,nisi per qualitates alteratiuas.Ideo considerat ibi quo ad qualitates alteratiuas.Et quo ad qualitates alteratiuas,maxime contrariantur,ignis & aqua.Et sic si vni plura contrariantur,est diuersimode.Et sic remouetur dubium. ¶ Altera condictio est,ꝙ sit maxima distantia.Vnde maxima distantia,vnum contrariatvr vni tantum.vt albedo nigredini.Talis autem est extremi ad extremum.Nec tamen ob hoc,ꝙ plura vni contraria sint prohibitum est.Sed vnum erit contrarium vt extremum:& aliud vt medium.Prodigalitas autem aduersatur auaritiæ,& etiam liberalitas.Et istæ duæ condictiones clare habẽtur ab Auer.ibi,dum ait,& intendebat per hoc notificare,ꝙ possibile est,idem habere plura vno contrario, aut quando contrarietas quæ est inter ea,non est maxima:sicut media quæ sunt inter contraria.aut quando idem habebit plura contraria diuersis modis.Et hæc sufficiant.

Limitatio ppositiõis

VTRVM SI VNVM CONTRARIORVM EST NATVRALE VNI SVBIECTO: ET ALTERVM EST ETIAM EI NATVRALE. CONCORDANTIA. XXIIII.

Limitatio ꝑpositiõis

AVer.2.cœli.18.ait.si alterum fuerit naturale subiecto,& reliquum. Oppositum huius habetur ab ipso Auer.3.cœli.24. de sanitate,& egritudine,ꝙ non sunt naturaliter in corpore:sed solum sanitas. Et auctoritate medicorum confirmatur, qui ægritudinem prèter naturam appellant. ¶ Ad hoc respondetur,ꝙ Auer.non sibiipsi oppugnat:quia dictum Auer. 2.cœli veritatem habet de prima materia. Sed bene in compositis potest non esse verum,& sic dubium cessat.

VTRVM SI VNVM CONTRARIORVM FVERIT IN RERVM NATVRA: NECESSE SIT RELIQVVM ESSE. CONCORDANTIA. XXV

Necessitas duplex

ARisto.2.cœli.18.ait,contrariorum enim si alterum natura:necesse est,& alterum esse natura. Ex quibus:& ex conclusione intenta ibi ab Aristo.signẽ esse ex eo ꝙ terra est,patet,ꝙ si vnum contrariorum est,reliquum quoqꝫ necesse est esse. Oppositum huius habetur ab ipso Aristo.in libro prędicamentorum,in sermone de oppositis. Vbi habetur,amplius contrariorum non necessarium est,si alterum sit,& reliquum esse. ¶ Ad hoc dico,ꝙ necessitas est duplex:quędã est necessitas physica,& quędam est necessitas logica. Hac posita distinctione,dico ꝙ Aristo,in.2.cœli quum dicit,ꝙ si vnum contrariorũ est, necesse,& reliquum esse:loqnitur de necessitate physica. Naturalis enim sequitur naturas rerum,& perfectionem vniuersi considerat. Et sic verum dicit:quia quælibet forma contraria positiua,est de perfectione vniuersi,I t ideo vna existente:altera esse debet. In prædicamentis autem loquitur philosophus de necessitate logica. Propter quod in illo textu.non firmatur,nisi ex casibus imaginarijs:ex quibus non concluditur oppositum physicæ necessitatis inter esse contrariorum:sed sufficienter concluditur,oppositum logicæ necessitatis:quia logicus sequitur imaginationem rationis secundum possibilitatem logicam:quæ est res habens latitudinem satis amplam:& sic dicit non implicare contradictionem,vno existente,aliud non existere. Vnde sensus illius textus prędicamentorum est,ꝙ si vnum contrariorum est:non est necessarium alterum esse.i.non implicat contradictionem,alterum non esse,vt patet in casibus &c. Cum hoc tamen stat,ꝙ si vnum contrariorum est in rerum natura,ꝙ alterum etiam sit,necessario necessitate naturalis cursus.vt patet igitur quomodo peripatheticorum princeps non est sibi contrarius.

VTRVM LINEA EX PVNCTIS COMPONATVR. CONCORDANTIA. XXVI.

Partiũ alie fm quantitatem,alie fm qualitatem

ARist.6.physicæ auscultationis per plures textus,probat lineam ex punctis non componi. Oppositum huius habetur ab ipso Aristo.in.1.posteriorum cap.de per se in principio.vbi habetur per se autem sunt,quæcũqꝫ sunt in eo quod quid est, vt triangulo inest linea,& lineæ punctum. Substantia enim ipsorum ex his est. Ex quibus,ꝙ linea ex punctis componatur habetur. Cum per Aristo,punctus de eius substantia sit. ¶ Ad hoc respondetur,& dico,ꝙ ad hoc plures dantur responsiões. Tamen mihi apparet (dicant alij quidquid velint) ꝙ responsio quam dat Auer.in commentarijs magnis primi posteriorꝝ. 178. sit adducenda. Et pro intellectu suæ responsionis,est aduertendum,ꝙ vt habetur ab Auer.1.phy.36.& 7.metaphy.33. Partium, aliæ secundum quantitatem:aliç secundum qualitatem. Partes secundum quantitatem.sunt partes integrales. Partes vero secundum qualitatem,sunt partes essentiales.vt materia,& forma(vt habetur ab Auer.4.phy.20.) Hoc posito,respondeo secundum Auer.in primo posteriorum,ꝙ aliquod compositum esse,ex aliquibus tanquam ex partibus,dupliciter intelligi potest. Vno modo tanquam ex partibus secundum quãtitatem:& sic nullo modo secundum Aristo.linea ex punctis componitur. Et sic loquutus fuit Aristo.6.physicæ auscultationis,quum negauit lineam ex punctis componi. Alio modo intelligi potest,tanquam ex partibus secundum qualitatem. Et sic bene linea componitur ex punctis:quia punctus in diffinitione lineæ ponitur. Et sic intelligitur sentẽtia Aristo.in primo poste.& contradictio remouetur.

VTRVM INTER TOTVM ELEMENTVM, ET PARTEM IPSIVS ELEMENTI SIT CONTRARIETAS ALIQVA. CONCORDANTIA. XXVII.

Prima rñsio

AVer.2.cœli.35.in digressione qua ostendit,non dari eccentricos,neqꝫ epicyclos ait,quoniam sicut locus totius,& partis est idem in corporibus grauibus,& leuibus:ita debet esse in corporibus cœlestibus,s.ꝙ locus eoꝝ,qui est medius sit idem. Immo magis debet esse hoc in corporibus cœlestibus,q̃ in elementis. Et ideo perfectius inuenitur hoc in corporibus cœlestibus quia sunt ex eadem natura,& non habent contrarietatem:elementa autem habent contrarietatem,quapropter non habent eundem locum. Ex quibus verbis patet,ꝙ tota ratio Auer.consistit in hoc,ꝙ si in elementis in quibus est contrarietas:idem est locus totius,& partis,quanto magis,idem debet esse locus totius,& partis,in corporibus cœlestibus,in quibus non est cõtrarietas. Non possumus dicere ꝙ quando Auer.dicit,ꝙ in elementis est contrarietas loquatur de omnibus elemẽtis simul sumptis,in quibus est claro modo contrarietas:quia tunc non esset verum,ꝙ idem esset locus totius & partis. Relinquitur vt dictum suum veritatem habeat, ꝙ accipiat vnumquodqꝫ elementum per se.vtputa terram,& reliqua. Et tunc vt ratio valeat,oportet vt secundum ipsum inter totam terram,& partes sit aliqua cõtrarietas. Oppositum huius dicit ipse Auer.1.cœli.19.vbi ait. Natura autem partis corporum similium,eadem ast cum natura totius diffinitione:& cum sit eadem diffinitione,eadem est forma:& cũ eadẽ forma,eadem actione proueniente ab illa forma &c. Ex quibus patet,ꝙ inter terram,& partem terrç,nulla est contrarietas. ¶ Ad hoc dupliciter respondetur. Et primo ꝙ vis rationis Auer.consistit in hoc,ꝙ ipse in istis verbis velit,ꝙ inter elementum,& partes,sit contrarietas pro tanto,& ꝙ contrarietas pro tanto inuenitur inter totum elementũ,& partes,vtputa inter terram,& eius partes,pro quanto ipsæ partes terræ,habent aptitudinem,vt transmutentur in elementum ipsi terræ contrarium. Et si dato,ꝙ non in actu,in potẽtia

tamen

tamen contrarietatem habent cum ipsa terra. Et hoc sensu possumus dicere, ꝙ inter totum elementum, & partes, est contrarietas, quæ nullo pacto potest reperiri in corporibus cęlestibus. Cum partes corporis cęlestis non possunt transmutari in aliquod, quod ipsi cœlo contrarium sit. Et hoc modo loquitur Auer. 2. cęli. 35. Nam sic intendit argumentari, ꝙ si in grauibus, & leuibus, in quibus & si in actu, non sit contrarietas: in potentia tamen contrarietas reperitur modo declarato: inuenitur hoc ꝙ in illis idem sit locus totius, & partis, quanto magis hoc habet reperiri in corporibus cęlestibus contrarietate carentibus tam in actu, q̄ in potentia. Quasi dicat, hoc perfectiori modo debet in illis reperiri. Et non ob hoc remouetur, quin elementum, eiusq; partes, eiusdem naturę sint: & in actu nulla in ipsis sit contrarietas. Et hoc modo loquitur Auer. 1. cœli. 19. Et sic secundum istum modum contradictio cessat. Alio modo respondetur, & dicitur, ꝙ si recte Auer. verba ponderentur. 2. cęli. 35. non inuenietur, ꝙ ipse velit inter totum elementum, eiusq; partes contrarietatem esse. Sed argumentatur hoc modo, si in grauibus, & leuibus, quæ sunt corpora simplicia, habentia contraria, inuenitur hoc, ꝙ in illis idem sit locus totius, & partis: quanto magis hoc habet reperiri in cęlestibus corporibus, a contrarietate alienis. Quasi dicat, perfectiori modo: & multo magis, hoc debet in illis reperiri. Et non ꝙ velit ipse Auer. dicere per illa verba, ꝙ inter totum elementum, eiusq; partes contrarietas aliqua reperiatur. Et sic bene verba ipsius intuendo, nulla apparet contradictio.

VTRVM LOCVS TOTIVS, ET PARTIS SIT IDEM SECVNDVM SPETIEM, VEL SECVNDVM NVMERVM? CONCORDANTIA. XXVIII.

AVer. 3. phy. 52 glosat illam propositionem. s. ꝙ idem est locus totius, & partis, de loco secundum spetiē, & non de loco secundum numerum. Et glosa est themistij super. 1. phy. 48. Oppositum huius videtur innuere ipse Auer. 1. cęli. 84. vbi ait, videtur. n. ꝙ locus cuiuslibet partium horum elementorum sit idem numero, immo idem est numero locus totius, & partis. ¶ Ad quod dico, ꝙ locus dupliciter dicitur (vt in proposito oportet). s. pro loco ad quem totum ex natura sua tendit. Alio modo locus sumitur pro vltima superficie continentis locatum solum. Hac posita distinctione, dico, ꝙ partes ipsius totius consideratæ prout a toto distinguntur, & habent locum: dico ꝙ loquendo de loco proprio. s. de superficie circuente quamlibet partem. s. diuisim, & non aliud: tunc dico ꝙ locus partis, & locus totius, non est idem: quia maior est locus totius q̄ locus partis. Et hoc modo loquitur Auer. de loco in. 3. phy. 52. quum dixit, ꝙ intelligitur propositio de loco secundum spetiem. Sed loquendo de loco, vt ad eum totum ex natura sua tendit: tunc dico ꝙ locus partis, & totius, est idem numero: quia quemadmodum totum ex natura sua ad illum tendit: sic quęlibet pars ipsius totius ad eundem tendit: cum totum, & pars, sint eiusdem naturæ (vt Auer. ait. 1. cęli. 19.) Et hoc modo loquitur Auer. de loco. 1. cęli. 84. Vbi dicit, ꝙ locus totius, & partis, est idem numero. Et ꝙ hæc solutio sit de mente Auer. patet per ipsum, 1. cęli. 102. si recte eius verba respiciantur: vbi dicit, & cum declaratum est, ꝙ partes terrę naturaliter quiescunt in medio, & violenter transferuntur ab eo: transtulit declarationem ad totam terram, cum locus totius, & partis, sit idem numero. s. medium: & non diuersantur nisi in maiori & minori. Hæc ibi. Et nota, ꝙ propositio quæ dicit, ꝙ locus totius & partis, est idem: veritatem habet in his, quæ sunt homogenea (vt dicit Auer. 1. cęli. 19.) Nam quæ habent eandem diffinitionem, habent eandem formā: & ideo fallit in etherogeneis: quia non est necessarium, ꝙ ad id, ad quod mouetur totum: moueatur & pars: aut econtra sicut de se patet. Et sic dubium remouetur.

Locus dupliciter sumitur.

VTRVM DEMONSTRATIO ARISTO. 2. DE COELO DE PLVRALITATE MOTVVM COELESTIVM SIT PER CAVSAM FINALEM? CONCORDANTIA. XXIX.

AVer. 2. cęli. 21. per multa verba videtur innuere talem demonstrationem esse per causam finalem. Oppositum huius videtur innuere in paraphrasi. 2. de cęlo summa. 2. quęsito. 2. in fine vbi ait, hoc itaq; sermone apparuit, quæ nā fuit necessitas, qua cęlestes motus plures existerent, & hoc quidem merito necessitatis materiæ, non causę finalis. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ Auer. ibi per causam materialem intelligit causam naturalem: ita ꝙ illa demonstratio non est facta per primam causam finalem verā: quia causa finalis primaria huius non est assignata in philosophia naturali: sed in metaphysica. Et ideo Auer. intelligit, ꝙ est data ꝑ causam materialem, i. per causam finalem quę nō est prima: quia superiora secundario agunt per ea quę sunt hic: & primario propter se. Ita ꝙ primus finis est propter se. Et sic non sibi ipsi opponitur. Et ꝙ hæc responsio sit ex ipso Auer. patet, in paraphrasi eodem loco immediate sequendo dicit, ideo excusari voluit, ꝙ hanc hic causam tradiderit: quia alia nunc causa videri nō potuit.

Superiora agunt primario ꝑꝑ se. secūdario ꝑꝑ ea quæ sunt hic.

VTRVM COELVM SI INCEPISSET MOVERI: INCEPISSET A PARTE DEXTRA? CONCORDANTIA. XXX.

ARisto. 8. physicę auscultationis. 76. vbi probat, ꝙ solus motus circularis potest esse sempiternus: adducit hanc rationem. Si motus circularis debeat incipere, cum circulus sit vniformis, ergo nō videtur ratio, ꝙ magis incipiat ab vno puncto q̄ ab alio. Aut ergo sua ratio nulla est, aut falsum est, ꝙ oriens sit pars a qua inciperet moueri: si motus inciperet. Oppositum huius habetur ab Aristo. 2. cęli. 13. vbi arguit ꝙ dextrum, & sinistrum nō sunt in cęlo: quia dextrū est, vnde incipit motus. ergo cū in cęlo nunq̄ inceperit motus: ergo ibi nō est dextrum. Et soluendo dicit, ꝙ licet cęlū semper fuerit in motu, tamen si cęlū incepisset moueri, credēdū est, ꝙ incepisset moueri a parte dextra. ¶ Huic cōtradictioni respōdet Gaietanus tienēsis sup. 2. cęli. 13. (licet formā cōtradictionis nō adducat:) & dicit ꝙ motus cœli dupliciter potest cōsiderari. Vno modo, pro agregato ex omnibus circulationibus, & vt sic nō habet principium respectu omnium circulationum. Si vero consideretur pro vna circulatione tantum, sic potest

habere principium. Ista responsio nulla est: quia illa ratio octaui ita procedit de vna circulatione, sicut de infinitis: quia non habent principium, nec finem, cum sint circulares. ¶ Ideo aliter dicendum est. Et dicitur φ Aristo. in. 8. phy. loquutus est de magnitudine circulari absolute. In. 2. coeli. 13. de magnitudine circulari, pro vt habet animam. Et ita magnitudo circularis absolute potest habere principium vbiq;. Et ideo dixit Auer. ibi, φ illae demonstrationes quodammodo sunt naturales, & mathematicae. In. 2. coeli strictiori modo loquitur, considerando magnitudinem circularem, pro vt est affecta virtute animae. Et sic habet principium. Et sic soluitur contradictio. ¶ Sed remanet dubium adhuc. Contra, intelligentia est agens naturale. Coelum secundum omnem sui partem est optime dispositum. ergo. Etiam quaeritur, vnde coelum habeat φ si moueri inciperet: inciperet ab oriente? Aut hoc habet ab intelligentia, & hoc non: quia intelligentia esset dissimilis: cum eius virtus magis sit in vna parte, q̄ in alia. Aut hoc habet a se ipso. Si sic, ergo etiam possumus dicere de eo seclusa intelligentia, φ habeat aptitudinem, φ magis incipiat moueri in vna parte q̄ in alia. Quod est contra demonstrationem. 8. phy. 76. Ad hoc respondetur, & pro responsione est sciendum, φ opinio Auer. est, φ ex illis sex differentijs positionis, quattuor. s. dextrum, sinistrum, ante, & retro: esse ab intelligentia. Sed sursum, & deorsum, sunt naturaliter in coelo, & nō ab intelligentia. Vnde licet partes orbis sint vniformes, tamen penes intentionem motoris, est ante, & retro, & dextrum, & sinistrum. Sed sursum, & deorsum, sunt ex natura rei, ratione coeli. Sed motus dextri, & sinistri, & ante, & retro, sunt ex intentione intelligentiae. Vnde licet intelligentiae primo agant propter se. 12. metaphy. 36. secundario tamen agunt propter inferiora. Et ideo debet habere ante, iste motus, vt progrediatur super terram habitabilem. Et ad hoc, vt progrediatur per partem terrae habitabilis, necesse est, vt dextrum sit in oriente. Ideo necesse est, vt sit locus a quo inciperet motus: si inciperet. Et ideo dextrum coeli est ad intentionem intelligentiae mouentis. Anterius vero est pars coeli quae respicit partem terrae habitabilis. Auer. n. vult. 2. metheo. φ terra inferior, non sit habitabilis. Dextrum ergo & sinistrum, ante & retro, sunt virtutes imatrriales. i. sunt ab intelligentia in ratione principij motus. Et ista est intentio Auer. expresse in paraphrasi. 2. de coelo (dicant alij quidquid velint) sicut narrat Zimara super. 15. 2. de coelo. Et ipse gloriatur, φ nullus Auerroista viderit illum locum preter se. Hoc stante. Respondeo φ quando dicitur in argumento, φ intelligentia est agens naturale: dico, φ hoc totum est verum tamen quia intelligentia secundario mouet, propter ista inferiora: ideo inciperet mouere ab oriente, & non ab occidente. Quia tunc motus coeli non esset primo super terram habitatam. Nec propter hoc intelligentia esset dissimilis, & sua virtus magis esset in vna parte q̄ in alia. Sed hoc faceret, vt ageret propter ista. Et sic illa dubia non procedunt. Est tamen aduertendum circa illud quod Auer. dicit. 12. metha. 36. & alibi. φ intelligentiae primaria intentione agunt propter se: secundaria propter alia: φ hoc verissime de prima intelligentia verificatur, quae omnibus modis primaria intentione propter se agit. Aliae autem intelligentiae possunt ad duo comparari: ad inferiora, & ad ipsum deum. Si ad inferiora, sic primo agunt propter se, secundario vero propter inferiora. Si autem ad deum comparentur, sic agunt primo propter deum, vt sibi complaceant: & secundario agunt propter se. Vnde licet principium primum, & alia abstracta in hoc conueniant, φ primaria intentione agant propter se: differunt tamen adhuc: quia actio dei, ita est primaria intentione propter se, φ nulli alteri fini priori sub ordinatur. immo sistit in se tamq̄ ad terminum. Sed actio aliorum abstractorum, licet sit primaria intentione propter se in ordine ad inferiora entia. Tamen actio ista sub ordinatur alteri actioni nobiliori, & vniuersaliori. Sunt. n. alia abstracta fines particulares sub fine vniuersali constituti. Deus autem est vltimus finis vniuersalis, & cōmunis omnibus. (sicut dicit Auer. 12. metaphy. 44.) de quo verificatum est apud philosophos ipsum esse primum principium, primam formam, & vltimum finem. ¶ Sed quia facta est mentio de sex positionis differentijs: pro ampliori notitia, videndum est, an huiusmodi differentiae positionis sint in coelo ex natura rei, secluso quocunq; respectu? Circa hanc materiam quattuor inueniuntur respondendi modi. Vnus est aliquorum ponentium nonam spheram preter octauam, & illam immobilem. Et has sex differentias positionis in hoc coelo quiescente ponunt reales ex natura rei: & in alijs coelis, qui sunt in motu reperiuntur hae differentiae penes illud nonum quiescens. Ista opinio est a mente cōmentatoris remota. (est tamen aduertendum φ vt pluries dixi mentem Auer. & non veritatem in se in hoc opusculo ponere intendo.) Vnde tripliciter contra ipsam arguitur. Et primo. Si daretur istud coelum quiescens, sequeretur, φ esset nobilius, & ignobilius respectu aliorum orbium. Probatur, esset nobilius inquantum continet inferiora: quia continens ad contentum habet respectum formae ad materiam. 4. coeli. 35. Quod esset ignobilius, probatur: quia esset quiescens: alij essent in motu. Et comparatio motus ad quietem: habitus ad priuationem comparatio est. Vnde Aristo. in. 8. phy. motus coeli est comparatio ad vitam. Preterea cęlum esse corpus neutrum, determinatum fuit ab Aristo. primo cęli: & fuit demonstratum corpora cęlestia habere motum simplicem circularem: & non motum simplicem rectum. ergo nullum cęlum imobile est. Et hoc ex Aristo. 12. diuinae philosophiae. 44. confirmatur vbi per numerum orbium qui sunt in motu, intelligentiarum numerum venatur. ergo necesse esset, vt aliqua intelligentia esset, vt inquiete ipsum conseruaret. Quia si intelligentia non esset, orbis non esset: vt habetur ex primo capite de substantia orbis. ergo orbis dependet ab intelligentia in conseruari. Et sic cum Aristo. processerit ex motu, & non ex quiete: non fuisset venatus per numerum orbium numerum intelligentiarum. Preterea cur ab istis istae differentiae in nona sphera ponuntur, cum non nisi in respectu ad localem motum Aristo. eas ponat: ergo si illud corpus est quiescens, quare volunt illud istas sex differentias habere? quoniam (vt. 7. metha. 39. habetur) quod operationem non habet, equiuoce tale est. Responsio eorum est, φ frustra non sunt: quia licet in nona sphera, principium motus non sint: in alijs tamen cęlis principium motus sunt. Sed ista responsio repugnat sententiae Aristo. in. 7. physicae auscultationis vbi declaratum est, φ impossibile est, φ aliquod moueat aliud, nisi etiam ipsum moueatur. ergo nisi ipsa nona sphera etiā moueatur, impossibile est, vt alias moueat. Ideo haec responsio dimittatur. Alia opinio fuit, φ ex diuersis influentijs quae ab intelligentia sunt, istae differentiae positionis in cęlo sunt. Ista positio neq; ad mentem Auer. est, neq; Aristo: quia apud ipsos influentiae nō dantur. 42. 2. de cęlo. ita φ cęlum nō agit nisi mediante lumine, & motu. Alia est opinio Alberti tenentis, φ licet cęlum qualitates contrarias nō sit recipiens: & sit corpus simplex: tamen in suis partibus difformitatem habet: & vna pars cęli est spissior alia parte. vt puta erit tabula in qua sunt nodi. Nodi, & tabula eiusdem rationis sunt: & nō differunt nisi secundum qualitates. Ita de cęlo est, quod habet difformitatem in partibus. Vnde eiusdem substantiae stella cum orbe est. Sed differentia est in hoc, φ stella est pars orbis densior. Ait igitur Albertus esse partem aliquam in cęlo in qua plures stellę sunt, q̄ in alia: & illa pars est dextrum cęli: illa vero inqua tanta stellarum multitudo non est.

Sursum et deorsū sūt naturaliter ī cœlo aliæ q̄tuor differētie ab intelligētia.

Questio d differētiis positionis.

opinio magni Alberti.

do non est, sinistrum cęli vocat. Et vult iste doctor ꝙ ex parte mobilis, & non ex motoris parte, talis diuersitas sit: cum motor indiuisibilis sit. Ita ꝙ oppositum cõmentatoris ipse tenet: & in suum fauorem, rationem quam inrefragabilem putat adducit: dicendo ꝙ licet in se consideratum ipsum cęlum infinitum habeat motum: tamen si vnam cęli reuolutionem consideremus ambitum determinatum, & finitum possidet. Vnde oportet determinatam partem ipsum habere, ex qua incipere debeat. Et ideo ista erit cęli dextrum. Et si aliquis instaret, ꝙ si hoc esset, sequeretur ꝙ illa pars, sinistra efficeretur: quia aliquando illa pars in occidente reperitur. Ad hoc respondet ꝙ cęli dextrum, sinistrum euadere dupliciter intelligi potest: vno modo ꝙ sinistrum realiter fiat, & hoc inconueniens est. Sed ꝙ in comparatione ad plagam terrę, dextrum fiat sinistrum, inconueniens non est. vt ꝙ manus dextra in homine fiat sinistra secundum comparationem vt si homo reuoluatur. Sed stante veritate huius positionis, ratio Aristo. 8. phy. 76. solueretur vbi probat motum circularem principium non habere: quia pars aqua magis motus initium haberet, q̃ ab alia in magnitudine nõ reperitur. Modo respondere possemus, ꝙ pars quę magis spissa est, est illa a qua motus initium habet sumere. Huic obiectioni satisfacit Albertus in coequeuis, coequeuo primo, ꝙ si pro vt habet fieri super magnitudine circulari absoluta motus consideretur, ꝙ incipiat magis ab vno puncto, q̃ ab alio non habet: & hoc ratio Aristo. concludit. Si vero secundum ꝙ in ordine ad medium mundi determinatum situm concernit, cęlum ipsum consideremus: vt sic aliquam difformitatem in partibus possidet: & partem habet aqua dici posset motum magis initium capere, q̃ ab alia. Vnde ꝙ opposita secundum diuersas rationes vni conueniant minime repugnat. Et si diceretur ergo Aristo. ratio mathematica est. Dicitur ꝙ sic: & in suum fauorem Auer. ibi adducitur. Hæc est positio Alberti. Certe ista positio cõsideranda est: & multis ex magnis viris placet. Tamẽ quidquid sit, pro nunc non sit curę. ℂ Alia est opinio Auer. expresse in paraphrasi. 2. de cęlo tenentis ex his positionis differentijs, quattuor. s. dextrum, sinistrum: ante, & retro, esse ab intelligentia: sed sursum, & deorsum naturaliter esse in cęlo: & non ab intelligentia. Et absq; dubio hęc est intentio Auer. in paraphrasi. 2. de cęlo summa. 2. quęsito. 1. ibi videas, vbi apparebit quę dicta in hac concordantia sunt, ex Auer. doctrina ibi sumpta esse (quidquid alij dicant) Videas Auer. in prima disputatione in solu. 11. dubij, vbi ait, ꝙ poli in mundo sunt naturaliter distincti, ita ꝙ non possunt esse alibi q̃ vbi sunt. Et hoc dixit contra imaginantes polos posse esse aliter situatos, q̃ sint. Vnde ratio talis est, ꝙ quemadmodum in animali quod est hic sunt membra determinata, distincta figuris, & potentijs: ita de cęlo est, ꝙ poli determinati sunt, qui sunt principia motuum: ita ꝙ inter cęlum, & corruptibe animal nulla differentia existit nisi penes figuras: & non penes virtutes quo ad sursum, & deorsum. Dextrum ergo cęli nuncupatur in ordine ad intelligentiam quę propter ista inferiora secundario agit. Et quia secundum omnem partem terra habitabilis non est: ideo super parte habitabilis terræ astrorum ortus esse debet. Qua de causa a parte dextra videns Aristo. talem ortum fieri, dextrum cęli ipsam partem a qua astrorum ortus incipit nuncupauit, & partem superiorem cęli vergentem super habitabilem terram, anterius nominauit. Hęc est positio ipsius Auer. Tamen contra ipsam angustiæ sunt. Et primo: quia videtur, ꝙ Auer. supponat in doctrina sua vnum, ꝙ huiusmodi terræ habitatio naturalis sit, & ꝙ aliter fieri nequit, quod contra Aristo. est. 2. metheo. circa finem vbi vult, ꝙ vbi mare est, ꝙ aliquando arida erit, & ꝙ nillus, & tanais non semper fluxerunt. Respondetur ꝙ Aristo sententia non secundum totum sed secundum partem vera existit. s. ꝙ per ducenta miliaria regio aliqua transmutari potest: non autem terra secundum se tota: neque vniuersale diluuium secundum Aristote. datur. Alia difficultas est: nam videtur, ꝙ vbi astrorum ortus est, dextrum ipsius cęli non sit: quia non eodem modo semper astra ipsa oriuntur. Huic dubitationi respondet sanctus Thomas ꝙ Aristo. de dextro sermonẽ habet, a quo respectu equinotialis circuli astrorum ortus est: non autem respectu orientum terrarũ habitabilium particulariter. Vnde videtur ꝙ sanctus Thomas in hoc ab Auer. dissonans non sit. Nam dicit ꝙ iste differentię sunt in cęlo respectu principij separati. Vnde sicut Aristo. dixit. 8. phy. 84. ꝙ primus motor est in circulo equinotiali: quia ibi maxima motus velocitas apparet: ideo vbi astrorum ortus est super terram diuisam ab equinotiali, cęli dextrum esse dicitur. Et hęc pro hac concordantia dicta sufficiant.

Instantia.

Respõsio.

Opinio Auerrois.

Responsio sancti Thomæ.

VTRVM COELVM SIT ANIMATVM, ET VIVVM?
CONCORDANTIA. XXXI.

ARisto. 2. cęli. 6. exclusit Platonis opinionem, ponentis cęli motum esse ab anima, quę est causa eius permanentię. Ex quibus videtur Aristo. velle cęlum animatum nõ esse: quia vt. 2. de anima. 24. scribitur, omne quod est animatum operationem habet ab anima. Huius oppositũ dicit Aristo. 2. cęli. 13. vbi ait, est autẽ cęlũ animatũ, & habet motus principiũ. Et. 61. eiusdẽ libri ait expresse cęlestia corpora animata esse. ℂ Ad hoc respõdetur, & ante oportet terminos dubitationis distinguere, & anucleare. Sciendũ est ꝙ vt habetur. 1. cęli. 96. tribus modis cęlũ capi potest. Vno modo pro primo mobili. alio modo pro omnibus corporibus superioribus. Tertio modo pro toto mũdo. Nõ autẽ dubiũ querit de mũdo: sed de cęlo primo, & secũdo modo. Sed cęlũ. 1. & 2. modo captum dupliciter cõsiderari potest. Vno modo pro cęli substãtia remota iutelligentia. Et dubiũ nõ de cęlo hoc modo capto intelligitur: quia certum est, ꝙ animatum nõ est. Alio modo capi potest cęlum pro agregato ex orbe, & intelligentia: & de cęlo hoc pacto sumpto dubium querit. Aliud videndum est, ꝙ iste terminus animatum, aut viuum est multiplex: quia a philosopho quattuor gradus viuentium distinguntur. 2. de anima. 18. & ait, ꝙ anima est determinata vegetatiuo, sensitiuo, intellectiuo, & motiuo secundum locum. Videndum est ergo an vegetatiuo gradu, cęlum animatum sit? secundo an sensitiuo? Tertio an intellectiuo? Quarto an gradu motiuo? Ad quesitum nunquid sit vegetatiua anima animatum? dico, ꝙ circa hoc antiqua fuit opinio. 3. meta. 15. exiodi, & aliquorum dicentium omnia ex dijs constare, omniumq; eadem esse principia. Diuersitas autem secundum eos in rebus est: quoniam ex entibus istis, quedam fuere quæ nectar gustauerunt: & hæc incorruptibilia fuerunt. Quæ autem nectar non gustauerunt, corruptibilia fuerunt. Sed ab Aristo. hæc opinio impugnatur. Si propter delectationem fuit istud nectar, ergo permanentiæ causa minime esse potuit: quia ad bene esse, & non de necessitate vitæ sunt sapor, & odor. Si vero propter causam essendi nectar erat, dicit philosophus quomodo est possibile vt indigentia nutrimento, perpetuari possint? Vnde ista opinio fabulosa dimittatur, & dicamus, ꝙ cęlum esse inaugmentabile, & indiminuibile in primo cęli demonstratum est. Videndum est an anima sensitiua cęlestia corpora viuant? Auicenna gradum sensitiuum in cęlesti corpore ponebat: & ponebat ꝙ motus cęli est

Cœlum tribus modis capi potest

motus cognoscentis.12.metaphy.36.cęlum mouetur motu desiderij:non potest autem esse desiderium nisi cum cognitione.Dicebat Auer.12.metaphy.39.& beatus Augustinus inuisa diligere possumus,nō tamen incognita.Et motiuum Auicenne tale erat.Intelligentia nō potest cognoscere singularia,hoc est etiam Aristo.12.diuinę philosophię.51.&.3.de anima.17.circulatio autē hodierna est res singularis.Talis autem circulatio singularis ab intelligentia cognosci nō potest.ergo ab imaginatiua cognoscitur,quę forma substantialis est orbem perficiens:& principium est propter quod iste orbis operatur.Intelligentia vero effectiue nō mouet,sed in ratione finis concurrit.Ita ꝙ sua opinio erat,ꝙ sensitiua virtus ex amore vt intelligentię separatę complaceret, istum motum causaret.Intelligentia autē immobilis remanebat effectiue.Ista positio.1.impugnabitur.2.suo motiuo respōdebitur.Ista opinio(quid quid alij dicant)ab Auer.impugnatur in libello de substantia orbis.&.12.metaphy.36.& in destructionibus.Dicit Auer.ꝙ apud peripateticos idem est efficiens & finis.expresse.n.dicit ipse in multis locis ꝙ in abstractis a materia,idem est mouens in ratione finis & efficientis.ergo illa anima imaginatiua minime ponenda est.Preterea dicit Auer.si imaginatiua esset in cęlo,extensa per totum erit,cum sit materialis virtus:sed omnis forma partem,& totum habens,fatigabilis est.ergo mouere ęterno tempore non posset.Amplius de numero sensitiuarum virtutum est ista imaginatiua anima,quam gręci appellant phantasiam,arabes imaginatiuam appellant:sed vt ex.2.de anima clarum est,sensus ad salutem dati sunt,vt proficua sequantur,& impedimēta fugiant.Sed corpora cęlestia nullum habent impedimentum,ergo natura ad dandum eis virtutem imaginatiuam obligata non fuit.Restat soluere rationem Auicennę ad quam,breuitatis gratia non nullis dimisis responsionibus,dico,ꝙ respondet Albertus magnus.11.metaphy.tracta.2.cap.10.licet obscure,& dicit,ꝙ imaginationem in cęlo ponere non oportet,quia ista forma non est de formis extractis a rebus:sed est de formis circa fienda &c.sunt verba obscura.Intendit dicere ꝙ virtus quę mouet cęlum non est imaginatiua:quia non est de formis extractis a rebus.i.non est phantasia.Phantasia autem,vt ex.2.de anima habetur,est motus factus a sensibus in actu.Non est ergo in cęlo aliquis actus factus a sensibus:quia cęli nullos habent sensus.Illa autem forma est de numero earum quæ sunt circa fienda,& facienda.i.est virtus actiua,quę per suam essentiam agit quæ sunt producenda.Et ideo illud quod ista intelligentia aprehendit immaterialiter,causatur per suam essentiam immaterialiter:sed quia actus ille recipitur in re materiali.i.in orbe,ideo singularizatur.Intelligentia ergo aprehendit motum immaterialiter,& vniuersaliter:sed ille motus,quia recipitur in hoc cęlo:ideo dicitur signatus,& singularis.Et ita vt motum singulariter intelligentia aprehendat,non est necesse.Videas Auer.super libro de diuinatione per somnia,vbi digressionem facit,quo pacto possibile est,vt ab intelligentia veniat diuinatio ista,cum vniuersaliter intelligentia aprehendat.Ibi ait,ꝙ istę formę quæ exeunt ab intelligentia,licet sint vniuersaliter,tamen recipiuntur singulariter ab isto somniante.Alia solutio reperitur in paraphrasi super metaphy.tractatu.4.vbi habetur,ꝙ intelligentia in mouendo cęlum,non mouet propter motum:& ideo non cognoscit primo motum:quia si primo cognosceret motum,sequeretur,ꝙ nobilius perficeretur ab ignobiliori.vnde.2.cęli.17.12.metaphy 36 substantię abstracte primo agunt propter se:secundario propter alia.Intelligentia ergo primo intelligit obiectum beatificum,quod est deus:ad istam vero intellectionem consequitur motus ad extra per viam consecutionis:& dat exemplum,nos studemus primo propter nos,vt aquiramus felicitatem possibilem haberi:tamen postq̄ acquisiuimus hanc perfectionem,alijs ipsam intendimus communicare:& hoc est per viam sequelæ:ita est de intelligentijs.Et sic soluitur argumentum Auic.ꝙ huiusmodi motus est intentus solum per viam concomitantiæ.Circa aliud quod quęritur,An cęlum sit animatum anima intellectiua?Dico,ꝙ cœlum est animatum intellectuali anima:& hoc ostenditur.Nam Aristo.2.cœli.13.&.61.ait,cęlum esse animatum:& patuit non anima vegetatiua,nec sensitiua,ergo anima intellectiua est animatum.Et ratione probatur.Omne quod mouetur desiderio intellectuali,est animatum anima intellectuali,cęlum est huiusmodi ergo &c.Maior manifesta est:quia sine causa sua formali,effectus formalis esse non potest.Minor est probata.12.diuinæ philosophię.36.vbi ostendit quomodo deus mouet cęlum in ratione amati,vbi elicitur ab Auer.ꝙ ex hoc apparet,ꝙ ista corpora non habent nisi intellectum,& appetitum mouendi in loco:& ista ratio,est demonstratio dans causam & esse,(vt dicit Auer.in paraphrasi:)quia cœlum esse animatum,& causam propter quam animatum sit,per hanc demonstrationem cognoscimus.Etiam,& est ratio Aristo.2.cęli.13.omne habens motus principium,& habens sex differentias positionis est animatum.Cœlum est huiusmodi vt patet,ergo &c.Pręterea omne quod est principium tam animatorum,q̄ inanimatorum,est animatum.Cœlum est huiusmodi,ergo &c.maior est nota,minor nota est per Aristo.primo metheoro:& primo cœli.100.secundum Alexandrum ibi.Ista ratio adducitur a philosopho.12.metaphy.25.vbi inquit,deinde principia omnium sunt anima,& corpus,vel intellectus,& appetitus.Vbi ab Auer.hæc ratio elicitur.Etiam omne motū ex se ꝑ se est animatū.Cœlū est huiusmodi ergo &c.maior nota est,quia quod mouetur ab intrinseco,& diuiditur in duo in actu est motum ex se,ꝑ se,sicut est motus animaliū.Corpora cœlestia sunt mota ex se,ꝑ se,vt demonstratum est.8.phy.a.40.infra.dico autem ex se,per se: quia elementa non sunt mota ex se,per se:sed ex se per accidens:ideo non sunt animata & de hoc videas Zimaram in.q.de grauibus & leuibus.& infra.vbi de hoc agetur.concluditur ergo corpora cęlestia esse animata anima intellectiua.plures etiam rationes adduci possent,quæ breuitatis studio omittuntur.Etiam patet per ea quæ dicta sunt,quid dicendum sit,ad id quod vltimo querebatur,an cœlum esset animatum gradu localiter motiuo?Restat soluere illud quod in principio adducebatur.Ad quod dico ꝙ Aristo.in.6.2.de cœlo non negat cœlum esse animatum simpliciter (sicut male sentit Ioannes grammaticus Aristo.tenuisse cœlum non esse animatum propter hanc auctoritatem.Sed negat ipsum,esse animatum anima continente ipsum violenter,eo modo,quo est in compositis corruptibilibus.& hęc sufficiant pro hac concordantia.

Motiuum Auicenæ.

Sensus ad salutē dati sunt.

Ad rationem Auicennæ.

Alia solutio.

Omne motū ex se ꝑ se est animatum.

VTRVM SOLVS TACTVS SIT NECESSARIVS OMNIBVS ANIMALIBVS, VEL ETIAM GVSTVS? CONCORDANTIA. XXXII.

ARisto.in libro de sensu,& sensili a principio ait,proprie autem secundum vnum quodq; tactus, & gustus, insequitur omnia necessario. Hoc etiam innuere videtur.3.de anima. 64. Hoc etiam videtur velle .2. de partibus animalium cap. 17. &.4.de hystoria animalium cap.8.Oppositum huius videtur velle.2.de anima.17.&.28.&.31.&.3.de anima,68.67. ¶ Ad

hoc respondetur, & ante responsionem est aduertendum, ꝙ multi in materia de sensuum participatione talem ponunt differentiam in animalibus, moti auctoritate a monij.2.de anima.31.ꝙ animalium quędam tactum tantum habent, vt spongia marina, & vrtica marina: sed gustum non habent: quia ex rebus sapore carentibus, per radices (sicut plantę) spongia marina nutritur. Quędam autem habent vltra tactum, gustum, (vt aiunt) vt ostrea, & coclę, nam sapidis rebus talia pasci videmus: & in istis membrum ori simile, & ventri proportionale membrum inspicitur. In quibus autem os, aut ori proportionale est in animalibus: necesse est gustum in esse. Talia autem olfactu carent. Nō enim talia esca venantur. Purpure vero, & murices vltra gustum, habent olfactus sensum: nam videmus talia sequi escam, & venantur talia piscatores per escam. Nō autem habent auditum: quia nihil a sonis patiuntur huiusmodi. Nō nulla vero animalia, vltra hos tres sensus, habent auditus sensum, vt talpa quę caret visu (licet de hac materia questio solet fieri) tamen nō sit nobis curę pro nunc. Animalia vero perfecta habent vltra istos visum. Vbi cum in potentijs animę semper perfectior, & posterior inferat priorem, & nō econtra, sic omne habens visum, habet auditum: & omne habens auditum, habet olfactum: & omne habens olfactum habet gustum: & omne habens gustum, habet tactum: sed nō econtra. Hec est positio istorum, cui nisi aliquid aliud addatur, multę Aristo. auctoritates aduersantur vt supra ostensum est. Et etiam sic absolute prolata Auerroi cōtra dicit vnde dimittenda est.

Positio multorũ.

¶ Ad cōtradictionem dicamus (vt magnus Auer. dicit) qui videns hanc cōtradictionem. 2. de anima. 31. dixit, ꝙ duplex est gustus. Vnus est perceptiuus saporũ, & hic appellatur gustus perfectus. Alius vero est perceptiuus qualitatũ primarũ existentium in saporibus: & hic appellatur gustus imperfectus. Hoc stante ponuntur secundũ Auer. duæ cōclusiones. Prima cōclusio est, ꝙ gustus imperfectus simul cũ tactu est necessarius omnibus animalibus. Secōda cōclusio est, ꝙ gustus perfectus nō est necessarius omnibus animalibus. Et isto modo auctoritates pugnantes cōciliantur secũdũ Auer. Tamẽ videtur ꝙ hæc respōsio Auer. nulla sit: quoniã est fundata super textu falso. Nã in textu. 31. 2. de anima dicebat Aristo. ꝙ tactus potest esse sine visu, sine auditu, & olfactu textus Auer. habebat & alio sensu quę particula nō est in textu nostro: ideo nō videtur, ꝙ ista distinctio sit ad mentẽ Aristo. Secũda difficultas est. quęro aut iste tactus imperfectus est potentia animæ sensitiuæ, aut nō: nō est dicendũ ꝙ nō, ergo cũ sit potentia animę sensitiuæ erit distinctus a tactu. 3. potentiæ distinguntur ꝑ operationes, & operationes ꝑ obiecta ex. 2. de anima. 51. sed iste gustus imperfectus recipit primas qualitates sicut tactus. igitur nō est distinctus a tactu, ergo dicere in animalibus esse gustũ imperfectũ, est dicere in animalibus esse solũ tactũ. Ad hoc dici potest (quidquid nō nulli dicant) ꝙ licet iste gustus imperfectus nō recipiat differentias saporũ: sed primas qualitates in saporibus existentes: attamen distinguitur a tactu ratione organi: quoniam in quadam determinata parte corporis qualitates nutrimenti recipit sicuti dicimus, ꝙ idem est tactus in ore ventriculi, & in extremitate virgę qui etiam est in vniuerso corpore, sed diuersus ratione temperaturę ipsius organi: sic etiam tactus secundũ ꝙ est in ore animalis aut in proportionato ori distinguens primas qualitates nutrimẽti: dicẽdus est gustus imperfectus. Quo stante ad difficultates cōtra Auer. dicendũ est, ꝙ licet textus Auer. 31. 2. de anima sit falsus, tamẽ, quia alia sunt loca superius citata, quibus hęc cōclusio elicitur propter hoc Auer. distinctio nō est dicenda falsa. Ad alia dico, ꝙ iste tactus qui gustus imperfectus dicitur, est potentia animæ sensitiuę distinctus spetie a tactu, quę distinctio prouenit ratione determinatæ partis corporis animati, per quã percipimus qualitates primas existentes in nutrimento, sic ꝙ per aliam partem hoc fieri nō posset. Et hoc modo huius operatio, est obiectum distinctum formaliter ab obiecto, & operatione ipsius tactus, vt tactus est. & tali gustu sunt munita animalia imperfecta, quæ affixa viuunt: quoniam ex nutrimento simpliciori nutriuntur: qualia sunt conchilia, spongia maris, purpura, & huiusmodi in aquis degentia. Animalia vero perfectiora preter tactum requirunt gustum perceptiuum saporum, quoniam ex rebus compositioribus nutriuntur. Et sic pro nunc cessat dubium scio. n. Auer. solutionem apud multos esse satis dubiam propter supradictas instantias.

Responsio secundum Auer.

VTRVM COELVM SIT PER SE SENSIBILE? CONCORDANTIA. XXXIII.

AVer. primo cęli. 5. ait, incepit loqui de suis simplicibus: & primo de nobiliori eorũ: & est corpus quod mouetur circulariter: & incepit proponere ea, ex quibus apparet natura istius corporis. Esse. n. eius sensibile est per se. Ex quibus verbis patet cœlum esse per se sensibile. Oppositum huius videtur dicere. 2. cœli. 41. vbi ait, hoc. n. corpus nō est sensibile: sed ratione comprehenditur, ex comprehensione stellarum. ¶ Ad hoc respondetur, & dicitur, ꝙ sensibile multipliciter sumitur. Capitur. n. aliquando pro naturali: & sic simitur ab Auer. in prologo de physico auditu, vbi ait Auer. quia subiectum istius artis non sunt, nisi res sensibiles. Et hoc modo clarum est, ꝙ cęlum, est sensibile: nam naturale est, secundum ꝙ natura dicitur de corpore cœlesti: & de alijs corporibus simplicibus grauibus. s. & leuibus: & erit hoc equiuoce (vt dicit Auer. 1. cœli. 5. & . 2. phy. 3.) vbi dicit, & iam diximus, ꝙ ista diffinitio nō dicitur vniuoce neq; etiam equiuoce: sed secundum prius, & posterius. Aliquando sumitur sensibile, pro sensibili sensu quolibet: & sic sumitur plerumq; in libro de anima. Et hoc modo capiendo sensibile, dico ꝙ intentio Auer. est ꝙ cęlum, nullo sensu sentitur, nisi sensu visus: & loquendo de cęlo, vt est sensibile per visum, proprie loquendo stellę sunt per se sensibiles sensu visus: & nō esse totius cœli. Et quando Auer. dicit in primo cęli. 5. ꝙ cęlum est per se sensibile, nō alio modo debet intelligi, nisi ꝙ ideo est: quia suę partes quę stelle sunt, sunt per se sensibiles: & per se visus ad stellas terminatur. Et ꝙ hoc sit verum, patet per ipsum Auer. 3 phy. 48. vbi ait, corpus. n. cęleste, est sensibile visu. s. partes eius luminosę: & est nō tangibile omnino. Hæc ibi. Sed esse totius cęli nō est sensibile sed ratione comprehenditur. Nam cum stellæ sint partes cœli: & ꝙ mouentur motu circulari videmus: & cum nō possunt per se moueri secundum Aristo. eiusq; cōmentatorẽ (vt patet. 2. cœli a tex. 41. vsq; ad. 52.) Nam si per se mouerentur, motu recto mouerentur (vt dicit Auer. 43. 2. de cœlo.) Et sic ratio demonstrat, ꝙ sunt in corpore, quod circulariter mouetur, quod nō est graue, neq; leue. Et hoc modo loquitur Auer. 2. cœli. 41. dum ait, ꝙ cęlum nō est sensibile, sed ratione comprehenditur, ex stellarum comprehensione. Et ista est resoluta intentio eius. Vnde. 2. cęli. 43. super illis verbis, quoniam autem videntur, & astra translata, & totum cęlum, Auer. ait. & debes intelligere per hoc quod dicit videntur in stellis per sensum, & in cęlo per existimationem &c. Et sic remouetur contradictio.

Sensibile multipliciter dicitur.

VTRVM INTELLIGENTIA FORMALITER DET ESSE COELO? CONCORDANTIA. XXXIIII.

AVer. in paraphrasi edita in metaphysica tractatu. 4. ait, declaratum est, ꝙ motores cœlorum, non solum dant motus, sed formas suas, propter quas sunt id, quod sunt. Ex quibus patet intelligentiam formaliter dare esse ipsi cœlo. Oppositũ huius habetur ab ipso Aristo. & Auer. 8. phy. 78. & 79. vbi probatur motorem primũ esse omnino abstractũ a materia. ¶ Ad hoc respondetur. Et quia in via Auer. res difficilis est: ideo (vt erit possibile nobis breuitati studendo) quæstio ista explicabitur. In hac re aliqui magni viri partem affirmatiuam sustinent. Aliqui vero negatiuam: quam. s. negatiuam partem nos magis consonantem Auerrois menti reputamus (quidquid alij dicant) Duo igitur nos faciemus. primo affirmatiuæ partis positionem, suasq; rationes ponemus. secondo partis negatiuæ positionem: & alterius opinionis rationum solutiones ostendemus. ¶ Pro primo est sciendum, ꝙ aliqui tenent intelligentiam dare esse formaliter cęlo: & isti imprimis quędam ponunt supposita. Primum est, dare esse est tribus modis: aut effectiue, aut finaliter, aut formaliter. In hac questione loquimur de dare esse formaliter. secundum suppositum est ꝙ ad hoc vt aliquod sit anima, necesse est, vt anima sit dans esse ipsi animato: hoc ex Aristo. 2. de anima. 10. ostenditur vbi ait, ꝙ animal nihil aliud est, q̃ anima & corpus. Et in tex. 7. non oportet inquit querere, quare ex anima & corpore fiat vnum Et. 7. metha. 49. & 8. metaphy. 15. quia. n. materia est in potentia, & forma est in actu: ideo ex eis fit per se vnum. Tertium suppositum est, ꝙ ad hoc, ꝙ anima sit forma substantialis corporis, necesse est, vt sit principium cognoscendi, & mouendi: isto modo Aristo. 2. de anima. 24. animam formam esse probauit. Vnde aut per sensum, aut per intellectum omne animal cognoscitiuũ est. Quartum suppositum est, ꝙ de materia, vt analogice dicitur de materia quæ est in potentia, & de materia quæ est in actu in hac questione sermo habetur. Materia in potentia, est materia prima generationi subiecta: materia vero in actu, est orbis cęlestis. Non. n. in eo est potentia ad generationem: sed ad vbi. Vnde Auer. capite. 2. de substantia orbis. 8. metaphy. 12. & 12. metaphy. 10. Etiam supponunt formam duplicem esse, quandam materialem, & quandam abstractam: & ideo de forma analogice dicta, sermo noster sit. Hoc stante suam cõclusionem probant, vnum aliud presupponendo: ꝙ pro aggregato ex intelligentia, & orbe: cęlum in hac questione sumitur: quia de anima sensitiua cęli opinio Auic. vera non est. Prima istorum ratio capitur ex principio libri de substantia orbis, vbi habetur cęlum ex materia, & forma compositum esse. Et ratio talis est, omne motum ex se, est compositum ex principio mouente, & moto: cęlum est huiusmodi, ergo &c. Minor demonstrata est. 8. phy. a. 40. & infra. 2. ad hoc ꝙ habeamus compositum ex materia, & forma, nihil requiritur, nisi ꝙ materia, & forma, sint vnita: istud ex. 7. & 8. metaphy. habetur. Sed intelligentia est vnita orbi ergo &c. minor ex Auer. in libro de beatitudine animę probatur, vbi habetur, ꝙ forma animalium sphericorum. i. cęlorum est fixa in suis materijs: & Paulo infra subdit ꝙ intellectus abstracti sunt vere formæ dantes perfectionem, & licet subdat, non existentes in subiecto, istud intelligi debet. i. non materiales, ergo anima dante esse, cęlum animatum est. Tertia ratio eorum fundatur in. 2. cęli. 3. vbi Auer. tres vnionis modos ponit. Vnus modus est, in abstractis a materia. vbi Auer. 3. de anima. 5. & 14. vult in intelligentijs vnionem esse qua superiori intellectus inferior vtitur. secunda vnio est qua orbi intelligentia vnitur: & in hac vnione fit verius vnum, q̃ ex materia & forma. Tertius modus vnionis est, istorum corruptibilium: & iste modus imperfectior est, quia forma in hac vnione corruptibilis est. Hoc stante, sic arguunt, minus videtur ꝙ ex infimo gradu vnionis fiat per se vnum, q̃ ex superiori gradu vnionis: & tamen fit vnum per se, ergo vnum per se in secundo modo vnionis fiet, ergo vnum per se ex intelligentia, & orbe fiet. 4. omne quod agit per aliquod principium, & per aliud patitur est compositum ex materia, & forma: sed cęlum agit per intellectum: & per materiam patitur, ergo ex materia & forma compositum est. Hanc rationem habet Auer. 3. capite de substantia orbis. 5. si intelligentia non esset cęli forma, sequeretur, ꝙ motus ipsius cęli esset violentus: consequentia probatur per Aristo. 7. phy. 10. omnis motus qui est ab extrinseco, est violentus. Inuenimus ꝙ motus cęli dicitur motus ex se, ergo est a perfectiuo intrinseco. Nec valet solutio Ioannis Andega. ꝙ cœlum pro aggregato ex intelligentia, & orbe, est vnũ: & respectu huius aggregati cęlum est vnum, & est motum ab intrinseco: quia pariter dici posset, ꝙ aggregatũ ex bobus & plaustro, erit vnum per se: quia est vnum aggregatum in motu. 6. arguunt auctoritate Auer. in paraphrasi metaphy. quæ auctoritas fuit adducta in principio concordantiæ. 7. arguunt, si intelligentia est separata secundum esse ab orbe, sequitur ꝙ ratio quã Auer. inuit in. 1. capite de substantia orbis, & 2. cęli. 3. nulla erit. Vult. n. ꝙ intelligentia immediate orbi vniatur: & non mediantibus dimensionibus: quia fatigabilis esset. Dicunt isti ꝙ si intelligentia assistit orbi, potest orbi aduenire: & cum quantitatibus & sine, sicut nauta potest aduenire naui stantibus dimensionibus in naui cum ipse assistat: ita de intelligentia nihil prohibet eam orbi quanto aduenire, & non quanto si assistit, ergo cum prius natura vniatur intelligentia orbi, q̃ dimensiones, ergo vnitur vt forma. 8. arguunt propter dictum Auer. 2. cęli vbi ait, forma, & formatum esse vnum numero. omne quod est vnum numero, est per formam dantem esse. 12. metaphy. 14. vnitas numeralis duplex. Vnitas priuatiua, vt est vnitas materiæ primæ: alia est vnitas numeralis positiua vt sortes &c. est vnus per formam, ergo intelligentia dat esse. Pręterea ex eodem cõmento, & ex fine primi cap. de substantia orbis, vbi dicit ꝙ cęlum est vnum ens per se, & intelligens per se ergo per vnam formam. Plures etiam rationes adducuntur quas breuitatis gratia non adduco, cum mea intentio sit tantum precipua in hac questione afferre. ¶ Alia est positio quæ partem negatiuam tenet esse veram quam multi illustres viri sequuntur. Et istam positionem magis Auer. verbis consentaneam reputamus. Vide Albertum magnum. 2. cęli tractatu. 1. cap. 5. eundem. 12. metha. tractatu. 2. cap. 13. quomodo intellectus separati sunt vniti corporibus eundem in libro. 1. de causis tractatu. 4. cap. 7. Et multas rationes pro se habet hęc positio. Data veritate oppositę opinionis, octauus physicę auscultationis destrueretur. In quo philosophus primum motorem abstractum esse omnino a materia demonstrat. Sic. n. arguit in tex. 78. & 79. nulla virtus finita, mouet per tempus infinitum: sed omne corpus, vel virtus in corpore, est virtus finita, ergo nulla talis mouet per tempus infinitum. Tunc vltra, nulla virtus finita, mouet per tempus infinitum: primus motor mouet per tempus infinitum, ergo primus motor non est corpus, nec virtus in corpore. Et Auer. ait, ꝙ primum motorem esse omnino abstractum a materia ex ista demonstratione concludimus. Si igitur intelligentia daret esse cęlo per informationem, quo pacto Aristo. demonstratio procederet? Sed isti respondent, & dicunt philosophum ibi conclusisse deum esse abstractum a materia ad hunc intellectum,

Supposita partis affirmatiuæ.

Probatio suæ cõclusionis.

Tres vnionis modi positi ab Auer.

Vnitas numeralis duplex.

Pars negatiua quæstionis.

ctum, videlicet ꝙ deus non est forma educta de potentia materię: tamen cum hoc stat, ꝙ deus det esse cęlo formaliter. Sed (vt dicit doctissimus Zimara in quęstione de triplici causalitate) ista responsio corrupta est. Nam Auer. in. 1. cap. de substantia orbis illam demonstrationem philosophi in. 8. phy. resumens dicit, ꝙ cum fuerit declaratum ei, ꝙ formæ corporum cęlestium existunt in suis subiectis tali existentia, ꝙ non diuiduntur per diuisionem sui subiecti: & ꝙ causa in hoc est, ꝙ non existunt in subiectis secundum ꝙ sunt diuisibiles: fuit declaratum ei, ꝙ istę formę non constituuntur per subiectum: immo sunt abstratę in esse: quoniam existunt in toto subiecto, & non diuiduntur, per eius diuisionem, contingit ꝙ nō constituuntur per subiectum. Non. n. existunt in eo neqꝫ in toto, neqꝫ in parte: & vniuersaliter neqꝫ indiuisibili, neqꝫ in indiuisibili. hæc illæ. In quibus verbis sibi ipsi oppugnare videtur. Nam prius dixit, ꝙ tales formæ sunt abstratæ in esse: & existunt in toto subiecto: & postea dicit, ꝙ non sunt in toto subiecto, neqꝫ in parte, quęritur igitur ab istis, quando Auer. dicit ꝙ cęlestes formæ sunt in toto subiecto, aut intelligit per informationem: aut per asistentiam, & operationē: si dicitur, ꝙ intelligit ꝑ informationem: queritur postea: quādo dicit in. 2. dicto ꝙ nō sunt neqꝫ in toto neqꝫ in parte, quomodo intelligat: vel per informationem, vel per asistentiam, si primum, ergo contradicit sibi in. 1. dicto, si secundum, patet illud falsum esse. Intelligentia. n. asistit toti cęlo, & cuilibet parti eius: licet eius operatio, magis appareat in vna parte, q̄ in alia, vt patet ex fine. 8. phy. Si ergo Auer. a contradictione saluare volumus, habemus dicere intelligentiam nō esse in toto cęlo nec in eius parte per informationem: & esse in toto cęlo per asistentiam, & operationem. Etiam data veritate illius responsionis ratio Auer. contra Auic. in. 3. cap. de substantia orbis nulla esset. Auic. n. posuit cęlum cōpositum esse ex materia & forma, quæ erat anima imaginatiua. Auer. arguit, ꝙ si cęlum esset compositum ex materia, & forma, sicut posuit Auic. esset corruptibile. Modo a pari dici posset, ꝙ si secundum Auer. intelligentia dat esse cęlo per informationem, cęlum esset corruptibile. Nec valet ad hoc distinctio de duplici forma. s. educta de potentia materie, & nō educta. Nam Auic. contra quem arguit Auer, nō posuit illam formam esse educta de potentia materiæ vt patet in. 9. suæ metaphy. cap. 4. quare &c. Multæ etiam instantię contra illam responsionem adduci possent, & rationes istam positionem probantes, pro quibus videas Zimaram loco allegato. Sed restat soluere rationes partis affirmatiuæ.

Animatū analogice dicitur.

Et pro solutione quędam sunt supponenda fundamenta. Primum est ꝙ de corporibus corruptibilibus, & ęternis animatum analogice dicitur. 10. metaphy. vltimo corruptibili, & ęterno nihil est cōmune vniuocum. 2. cęli. 60. ait Auer. ꝙ animatum equiuoce dicitur, de his & cęlo. & . 3. cap. de substantia orbis ad finem.

Actus duplex primus, & secundus.

Secundum suppositum est ꝙ forma, & actus est duplex, quidam est actus primus, qui est perfectio dans esse: quidam vero est actus secundus, qui nihil aliud est, q̄ actus dans operari. Istud patet ex. 2. de anima. 2. & Auer. in com. 5. 3. de anima ait, ꝙ actus positus in diffinitione anime dicitur equiuoce. Et quia aduersarij dicunt oppositum: quia volunt ꝙ quęlibet forma informet. Contra hos videas. 12. metaphy. 37. perfectiones per quas mouentur perfectibilia: quędam sunt qualitates vt sanitas: quędam vero sunt substantiæ: & huiusmodi sunt dispositiones seruorum erga dominos suos. Et isto modo mouentur intelligentiæ ad deum tamq̄ ad formam: & istę formę perficiunt extrinsece. Vnde nō dicitur dominus forma serui: quia inhereat super seruum: & perficiat ipsum. Pro hoc Aristo. doctrinam videas in. 2. de anima, qui posita diffinitione animæ vniuersali, in tex. 11. querit hanc questionem. ꝙ ex prædictis nō dum apparet. vtrum aliqua anima sit forma, vt nauta est forma nauis: ergo si forma non potest dici extrinseca: Aristo. inrationabiliter loquitur quęrendo istam questionem. Pręterea secundum istos, etiam anima intellectiua in via Auer. dat esse homini: sed contra istos, est Auer. in destructionibus disp. prima in responsione vltimi dubij. Intellectus est forma hominis, sicut nauta est forma nauis. Et ita clarum est, ꝙ quædam forma est, quæ intrinsece perficit, & quædam extrinseca quæ solum dat operari, & nō esse. Vnum suppositum eorum erat, ꝙ ad hoc vt aliquod sit animal: oportet vt forma substantialis eius, det esse ei.

Responsio ad supposi tum eorū.

¶ Respondetur, ꝙ duplex est animal. Vnum est corruptibile, & hoc est animal per sensum. 2. de anima. 17. aliud est animal sempiternum. Tunc dico, ꝙ aliud est loqui de animali corruptibili, & aliud de animali ęterno: immo animal dicitur equiuoce de ęterno, & corruptibili. 1. cęli. 60. & . 3. cap. de substantia orbis: tunc dico ꝙ nō est necesse vt animal sempiternum, sit per formam dantem sibi esse. Et ratio est ista: quia animalia corruptibilia primo differunt ab eternis quantum ad esse: quia anima corruptibilium est educta de potentia materiæ: & est constituta in esse per subiectum. Anima vero animalis eterni, nō est constituta in esse per subiectum, nec mediantibus dimensionibus cœlo coheret, vt Auer. ait. 2. cęli. 3. & . 1. cap. de substantia orbis.

Differētiæ aīalis corruptibilis ab æterno.

Secunda differentia est quia animal corruptibile cognitione imaginatiua apręhendit. Animal vero sempiternum nō apręhendit per imaginationem: sed per intellectum, & nō est eius imaginatio, causata a rebus. 12. metha. 51. scientia equiuoce dicitur de scientia dei & nostra. Nam dei scientia a rebus causata nō est: sed est causa rerum. Scientia in nobis qualitas est. 7. phy. 20. In intelligentijs vero est sua substantia vt. 12. metha. 25. sunt quędam formę abstracte in quibus nullum est accidens. Tertia differentia est, quo ad motum: quia animal corruptibile mediantibus partibus mouetur: quia anima primo mouet calorem cordis: sed motus cęli nō est mediante organo: sed solum per intelligere, & velle. Et ideo secus est de animali corruptibili, & æterno. Sed quid dicendum ad Aristo. qui. 2. de anima. 7. dixit, ꝙ animal idem est, ꝙ anima, & corpus: & ideo ex potentia, & actu, fit vnum: quia est tale in potentia: quale id est in actu. Dico ꝙ verum est in animali corruptibili, ꝙ ex potentia, & actu, fit vnum: sed ita nō est de animali ęterno. Et argumentum adduco Ioannis bacconi in. 2. sententiarum distin. 16. vbi ait, quomodo est possibile vt ex intelligentia & orbe fiat vnum, sicut ex materia, & forma: cum cęleste corpus potentiam nō habeat nisi ad vbi. ergo secundū istos in cęlo esset potentia ad formam. Cuius oppositum habetur in toto libro de substantia orbis, & . 12. metaphy. 10. & . 8. metaphy. 15. corpora cęlestia materiam nō habent, nisi secundum motum tantum. Videas tex. Aristo, ꝙ quando dicitur, ꝙ ex potentia, & actu fit per se vnum: hoc intelligitur in his in quibus est generatio: nam. 8. metaphy. 15. in rebus eternis, nō resultat vnitas, ex potentia & actu: sed res eterne habent vnitatem, (vt inquit Aristo. 8. metaphy. vltimo) ꝙ quæcūqꝫ nō habent materiam sensibilem, nec mathematicam seipsis sunt vna: ita ꝙ orbis cum intelligentia est vnum seipso. Aliud suppositum eorum erat: ad hoc ꝙ anima sit forma substantialis dans esse, oportet vt sit principium, mouendi, & cognoscendi. Respondetur ꝙ de anima dante esse in animali corruptibili hoc est verum: sed de cęlesti forma nō est necesse, vt det esse, videas Auer. dicentem. 2. de anima. 7. & . 30. & . 3. de anima. 5. ꝙ actus positus in diffinitione animæ dicitur analogice de anima sensitiua, & vegetatiua, & intellectu: neqꝫ intellectus dat actum secundum, & nō primum (vt dicit Auer. in prima disp. solu. vltimi dubij) quia intellectus est perfectio hominis sicut nauta nauis. Stat ergo ꝙ in abstractis id quod est principium mouendi, nō sit principium essendi. Alia sua supposita cum etiam sint pro

Ad ratio, ne opposi, tæ partis.

altera opinione conceduntur, soluendę nunc sunt suę rationes. ¶ Ad primam dicitur, ꝙ illud argumentum potius est pro opposita parte, q̃ pro ipsis videas Auer. ibi dicentē ex duabus naturis corpora celestia cōposita esse vt corruptibilia: sed compositio in generabilibus fuit inuenta per motum: compositio autem in cęlo fuit inuenta per motum localem. Tunc sic: eo modo conclusio colligitur, sicut in pręmisis disseminata fuit: sed in pręmisis Auer. declarat cęlum esse compositum ex duabus naturis, i. ex natura mouente, & mota: & nō ex natura informante, & informata, ergo conclusio est intelligenda de natura mouente, & nō informante, videas Auer. 2. cap. de substantia orbis vbi dicit, ꝙ natura cęli est vna simplex & abstracta: ex qua fit vnum, vt ex motore & moto. Et confirmatur, si intelligentia est forma dans esse formaliter. queritur, cum istud sit compositum per se, a quo artifice considerabitur? Est. n. compositum substantiale: sed nō considerat de substantia nisi naturalis, metaphysica, & astrologia. 12. metaphy. 44. quis ergo horum per se considerabit? ꝙ naturalis hoc nō considerat, probatur, omnis artifex qui per se considerat aliquod compositum debet per se considerare partes eius. 1. phy. 1. & 35. vnum quodꝙ compositum nō potest cognosci, nisi cognoscantur quę, & quanta sunt ex quibus componatur. Sed partes essentiales huius sunt intelligentia, & orbis, ergo intelligentia a naturali quiditatiue consideratur, cuius oppositum dicit Auer. co. vltimo primi phy. & Aristo. 2. phy. 26. vbi dicit, ꝙ consideratio naturalis est vsꝙ ad formam hominis: & 6. metaphy. 6. Tu dices, ꝙ a metaphysico consideratur, arguitur eodem modo, ergo intelligentiam & orbem quiditatiue diuinus considerare debet, quod falsum est: quia ad naturalem orbis quiditatiue pertinet. Et si ab Aristo. 12. diuinę philosophiæ orbis consideretur, nō tamen quiditatiue consideratur: sed quatenus est ens. Neꝙ cum intelligentia orbis, quatenus est ens: vnum facit, sed quatenus tale ens. Amplius si hoc compositum consideratur a naturali in libro cęli & in libro de substantia orbis: & consideratur a metaphysico. ergo naturalis acciperet hanc considerationem a metaphysico, quod est contra Auer. 1. phy. vltimo contra Auic. Cum ergo motus localis perducat nos ad cognitionem vnionis intelligentiæ cum orbe: ideo est consideratio naturalis. Neꝙ etiam ab astrologo per easdē rationes, consideratur. Et confirmatur: quia isti tenent hoc de deo glorioso, ꝙ informet primum orbem, quæ opinio est falsa. 12. metaphy. 5. & in prologo primi phy. idem subiecto est primus motor, primum efficiens, & primus finis. Tunc si intelligentia prima dat esse orbi per inherentiam, a quo artifice considerabitur? nō a naturali: quia primam intelligentiam nō cognoscit, nisi quatenus est primus motor, ergo considerabitur a diuino, sed diuinus declarat, ꝙ primus motor est forma entium, sicut dominus est forma serui, vt declaratur. 12. metaphy. 31. & 36. ergo primus motor nō est forma primi cęli intrinseca sed extrinseca.

Prim' motor est forma entiū sicut dn̄s est forma serui.

¶ Ad secundum argumentum respondetur ꝙ vnio in rebus nō ęternis, ita se habet, ꝙ ex materia quæ est in potentia, & forma quæ est in actu, fit per se vnum. Sed in ęternis nō est ista vnio: quia orbis nō est materia in potentia. sed in actu: ideo fit ex eis vnum sicut ex motore, & moto. ¶ Ad tertium dico, in hoc argumento in duobus deceptionem esse. primo quia isti credunt, vnionem eodem modo in eternis, & corruptibilibus debere esse contra Aristo. 8. metaphy. 15. & vltimo. videas Auer. 8. phy. 79. vbi ait, ꝙ causa compositionis ex duabus substantijs, vt fiat vna, in actu: est potentia. Creduntigitur, ꝙ sicut in corruptibilibus, fit vnum in actu: quia habet potentiam cui forma potest vniri: ꝙ eodem modo intelligentia componatur cum orbe: & ꝙ orbis concurrat vt potentia: & intelligentia, vt actus. Sed in cęlo nō est alia potentia nisi ad vbi. Nam Aristo. ponit, ꝙ quæcunꝙ nō habent materiam in istis se ipsis sunt vna: quia in eternis non est nisi vnum indiuiduum, in vna spetie. Nam quo pacto esse potest, ꝙ ex orbe, qui est materia in actu, & intelligentia, quę est ens in actu, fiat per se vnum. Secundum in quo est deceptio, est ꝙ licet in hoc mundo inferiori compositum quod est vnum per formam, sit perfectius q̃ compositum per aggregationem. 7. metha. vltimo. tamen comparando ad ea quæ sunt alterius ordinis. i. ad intelligentiam cum orbe, nō est verum. Videas Auer. 3. de anima. 5. in solutione. 2. q. vbi ait, ꝙ materia, & forma congregatur sicut intellectus cum intentione intellecta: sed ex intellectu, & intelligibili, fit magis vnum: q̃ fiat vnum ex materia, & forma. Et redit rationem: quia quod ex eis fit vnum, nō est aliud, sicut in compositis ex materia, & forma. licet ergo compositum dicat maiorem perfectionem, q̃ compositum per aggregationem: tamen nō est perfectius, q̃ compositum ex intelligentia, vt motor, & orbe, vt motum. Vnde videas Auer. cap. 2. de substantia orbis, vbi dicit, ꝙ intellectus abstractus est quodamodo anima. Et in parafrasi ait, ꝙ est quodamodo forma, & in cōmento. 3. 2. de cęlo est similis formę: quia dat sibi motum: & est in eo: quia intelligentia nō est in cęlo per inherentiam, & informationem: sed per operationem. Et in. 8. phy. 84. dicit, quia primus motor nō est forma in materia: ideo oportet videre, vbi sit: & dicit ꝙ deus & intelligentie sunt ibi, vbi sunt eorum operationes. Sed notandum est Auer. dixisse intelligentiam esse quodamodo animam: quia magna differentia est inter intelligentiam & animam: quia anima dicit perfectionem coniunctam corpori. 2. de anima. 26. quapropter bene opinantur dicentes animam neꝙ sine corpore esse: & animam nō esse corpus: & quia intelligentia apud Auer. nō est forma informans cęlum: ideo dicitur quodamodo anima. Quod autem anima nō sit intellectus videas. 2. de anima. 21. de intellectu autem, & perspectiua potentia nihil adhuc manifestum est, sed videtur aliud genus animæ esse. Ecce ꝙ intellectus dicit perfectionem separabilem. i. quia nō perficit corpus. Nam intellectus perficit nos quum intelligimus (vt dicit Alexander in vltimo cap. de intellectu) intellectus agens recedit a nobis nō localiter, sed quum nō intelligimus. Vnde isti videant Alexandrum, qui dicit intellectum agentem qui est deus apud eum, semini preparato assistere. videas Themistium. 3. de anima. 27. vbi declarat, quomodo nos sumus intellectus agens, anima ergo dicit perfectionem coniunctam. Intelligentia vero: quia nō informat, dicitur quodamodo anima. Vide Auic. 9. metaphy. cap. 4. vbi dicit, anima autem imaginatiua est perfectio corporis cęlestis: nō autem est separata: quia esset intelligentia. Ecce quomodo Auic. bene nouit hanc differentiam inter animam, & intelligentiam. Vide. 8. metaphy. 12. vbi dicit, ꝙ corpora cęlestia sunt viua: quia constant ex anima intellectiua: nō ꝙ ibi sit aliquod, quod animetur per animam, aut viuat per vitam.

Differētia inter animam, & intelligētiā.

¶ Ad quartum concedo totum: quia hæc est ratio Auer. Et concedo, ꝙ ratio nihil concludit, nisi ꝙ cęlum est vnum compositum ex motore, & moto. ¶ Ad quintum respondeo vt formaliter respondet Auer. in. 4. cap. de substantia orbis, vbi ait, ꝙ intelligentia est separata a suo corpore, & nō est abstrata a suo corpore: & declarat quomodo sit separata a suo corpore. Et dicit, ꝙ intelligentia intantum est separata ab orbe: quia orbis nō indiget ipsa, sed est existens per se. Videas in. 2. cap. de substantia orbis vbi inquit, & in suo esse nō indiget forma. In disputatione. 4. sol. 2. dubij nō indiget cęlum in suo esse perpetuari ab anima. Et in libro de beatitudine animæ dicit, intellectus abstrati, sunt formę dantes perfectionem nō entes in subiecto idest nō dantes perfectionem formalem subiecto & . 12. meta. 41. ait, ꝙ cęlum mouetur per potentiam nō existentem in eo immo inquit mouetur ꝑ potentiam quę nō existit in subiecto omnino.

Vide com.63 primi phy.vbi comparat intelligentiam ad duplicem materiam:& dicit ꝙ forma cęli est liberata ab hoc subiecto.i.a materia corruptibili:& huiusmodi forma non constituitur per corpus cœleste.Ita ꝙ vult ꝙ intelligentia non constituatur per cęlum in esse.videas.12.metaphy.41.vbi dat diuersitatis rationem:quare motus cœli possit perpetuari:& tamen substantia corruptibilis non potest perpetuari.Et dicit ꝙ orbis cœlestis,quia non habet contrarium est permanens in sua substantia.Istos autem decepit similitudo:quia crediderunt,ꝙ sicut materia ista corruptibilis in suo esse indiget forma continente:ita sit de cęlo:sed non est ita, primo de anima.90.dicit,ꝙ forma corruptibilis necessaria est,pro ista materia:quia continet materiam,ne fluat.Sed cęlum non indiget intelligentia in suo esse.Immo subsistentia intelligentiæ est perfectior q̃ substantia sortis.2.de generatione vltimo melius est esse q̃ non esse,& esse indiuiduum &c.Sed melius est esse eternum & per se.Et ideo isti non possunt has auctoritates glosare orbis ergo cum intelligentia constituunt vnum animatum per intellectum.Dico igitur ad argumentum ꝙ Auer.ibi dicit,ꝙ intelligentia est separata:quia corpus celeste non indiget anima in suo esse formali cum non constet ex contrarijs:& ita est permanens ex se:& isto modo intelligentia est separata ab eo.Deinde addit:quia autem omne motum ex se,debet moueri a principio existente in eo:ideo cęlum mouetur ab anima existente in eo:ita ꝙ vult ꝙ cęlum sumptum pro composito ex vno motore,& mobili:isto modo intelligentia dicatur principium intrinsecum ipsius cęli in motu:quia intelligentia ibi est per operari,& per motum.Si dices pariter dicam de aggregato ex plaustro,& bobus:dico ꝙ est differentia:quia plaustrum habet principium intrinsecum:quia habet principium quo potest moueri alio motu,q̃ moueatur a bobus:quia ligneum est:& ab elemento dominante habet moueri.Cęlum autem non habet principium intrinsecum quo aptũ sit moueri alio motu,q̃ moueatur ab intelligentia.Motus autem quo mouent boues plaustrum,est motus violentus.Et ideo Auer.2.cęli.3.ait,ꝙ motus voluntarius in cęlo non est distinctus a motu naturali:quia non habet inclinationem oppositam motui.Pręterea intelligentia non vnitur orbi mediantibus dimensionibus,sicut boues vniuntur plaustro.Prętere etiam in rebus corporeis nõ valet iste motus est ab extrinseco,ergo est violentus:quia motus circularis ignis,est ab extrinseco:nõ tamen est violentus (vt dicit Auer.3.cęli.20.) ꝙ quando motor extrinsecus nõ habet habitudinem mouendi semper:corpus motum tunc mouetur violenter.Nõ autem ita est in proposito Aristo.8.phy.27.dicit ꝙ quidam est motor per se:& quidam per accidens.Mobile per se est dupliciter quodam mouetur ab intrinseco:& quodam ab alio,ergo stat ꝙ motus sit ab alio:& tamen sit motus per se.Et hoc inquit,ibi cõmentator dictum est propter elementa,quę nõ mouentur per se,nisi quando fuerint mota ab alio.Concedimus ergo ꝙ cęlum cum intelligentia,facit vnum:sed nõ eodem modo vnum:quomodo materia cum forma facit vnum:sed inquantum fit vnum in motu isto modo est vnum.

Cœlũ non habet principiũ quo aptum sit moueri alio motu.

¶ Sed dices contra nos.Auer.1.phy.63.ait ꝙ forma duplex est,quędam est constituta in esse per subiectum.Et istę sunt formæ materiales:quędam vero sunt constituentes sua subiecta in esse,ergo intelligentię abstractę dant esse,si cõstituunt suum subiectum in esse.Vnde quędam sunt formę dantes esse,& recipientes esse,vt in corruptibilibus.Intelligentia vero dat esse,& nõ recipit esse,Ad hoc dico,& ostendo ꝙ isti propriam vocem ignorant.Nam diuisio per membra opposita dari debet,dicant queso quomodo forma materialis dicatur constituta in esse per subiectum:intelligitur ne:quia esse simpliciter,forma recipiat a materia:nõ potest isto modo intelligi.Videas Auer.5.phy.8.vbi dicit ꝙ in materia nõ est actus omnino per actum intelligitur actus existentię.2.phy.12.actus existentię est a forma.Et licet a nõ nullis hęc propositio glosetur de actu specifico,tamen est vera simpliciter apud peripatheticos:quia Boetius in de vnitate & vno,dicit ꝙ peripathetici diffinierunt esse per esse formæ in materia:ita Aristo.2.de anima.7.actus est id quod est:& Aristo.7.metaphy.&.8.formauit rationem ꝙ forma est perfectior materia:& composito:quia per eam est compositum in esse,& materia:& per esse intelligo non esse essentię,sed esse existentiæ.forma materialis non dicitur constituta in esse per subiectum:quia recipiat existentiam a materia:sed forma materialis dicitur recipere esse secundum quid a materia:& hoc est esse extensum:& nõ esse existentię:quia vult Auer.propter dictum Aristo.in primo de generatione ꝙ impossibile est quantitatem a materia separari:& ideo omnes formę vsq; ad formam hominis quæ est cogitatiua recipiuntur in materia per dimensiones interminatas:& sunt totę in toto,& partes in partibus:& omnes perfectiones habet materia a forma:& omnes imperfectiones habet forma a materia.Si diuisio ergo Auer.debet intelligi per opposita,ergo forma abstracta debet constituere suum subiectum,in esse extenso,nõ formaliter:sed finaliter in esse effectiuo.dico nõ formaliter:quia cęlum est de se quantum:sed in ratione finis,& efficientis dependet ab intelligentia,sicut motus.Isto modo intelligitur distinctio in via cõmentatoris.Tu dices Auer.in primo cęli.55.ait,ꝙ orbis est materia quę nõ existit per se in actu ergo indiget forma qua constituatur in actu,& in.2.cœli.3.dicit,ꝙ forma,& formatum sunt vnum numero:& ꝙ cęlum secundum se totum sit appetens.In locis autem nobis adductis:sonat oppositum.Vide in toto tractatu de sustantia orbis vbi ait,ꝙ orbis cum sit materia in actu,est materia per se,& nõ indiget forma in sui esse.Nam si teneamus materiam cęli esse in potentia,tunc habet intelligentiam dantem esse:sed si teneamus orbem esse ens in actu,tunc cum ex duobus entibus in actu non fiat vnum.7.metha.41.&.8.metha.vltimo:ideo nõ possumus dicere intelligentiam dare sibi esse.Vide in paraphrasi de cęlo tractatu.4.inquit orbis adumbrat materiam quia subijcitur motui,& accidentibus.orbis quoq; adumbrat formam:quia habet existentiam in actu.Et confirmatur ꝙ orbis sit materia in potentia per Auer.si intelligentia auferreretur,auferetur orbis,tunc sic,illud est forma per cuius ablationem,materia aufertur:sed ablata intelligentia,aufertur orbis,ergo est forma orbis.Vnde aliqui videntes hanc varietatem neglexerunt Auer.sed ad hoc respondetur,& dico ꝙ orbis cęlestis potest comparari ad intelligentiam triplici comparatione.Vno modo effectiue,alio modo finaliter,alio modo formaliter:& hoc est dupliciter,aut in genere causæ formalis dante esse,aut non.12.metaphy.37.& in com.5.3.de anima.Et simplicius.2.cęli dicit,ꝙ est duplex forma:separabilis:& inseparabilis,& Auer.in destructionibus.Dico modo sic,ꝙ si comparetur orbis ad intelligentiam dantem esse:sic nõ dependet ab ea:quia est ens per se:Aristo.8.metaphy.vltimo est ens in actu seipso:& ideo orbis seclussa intelligentia ad vmbrat formam:quia habet esse de se:& alibi dicit,ꝙ in sui esse nõ indiget anima:quia est existens per se:& etiam si vellet dependere nõ potest:quia intelligentia est intellectus:& intellectus nullius corporis est actus.vide primo de anima.2.vbi dicit,ꝙ scientia diuina accipit subiecta ab hoc libro.Et demonstratum est in hoc libro,ꝙ intelligentia est abstrata a corpore,& Auer.12.metaphy.inquit ꝙ cęlum mouetur per formam abstratam ab eo omnino.Videas Aristo.in libro de motibus animalium versus dimidium dicit ꝙ speties existentes in anima habent rationem rerum:Nam quum cogitamus de aliquo terribili causatur in nobis horror.si tu cogitas nunc de re

Forma duplex.

Impfectiones hẽt forma a materia.

Difficultas

amata. Non ne incorpore fit cõmotio. & tamen illa est motio spiritualis, ergo multo magis de corporibus cęlestibus: quia per intelligere, intelligentię mouent cęlos. Vnde deus dixit, & facta sunt. Ex parte ergo intellectionis non indiget vt vniatur orbi vt forma. nec ex parte motus: quia intelligentia nõ mouet manu, aut pede: sed per solum intellectum. Orbis igitur, si comparetur ad intelligentiam dantem esse, non potest dependere ab intelligentia. Vnde dixit sanctus Thomas in prima parte suę summæ, ꝙ qui dicunt ꝙ intelligentia dat esse orbi, nobilitant materiam: sed imperficiunt intelligentiam: patet ex. 2. phy. 87. 92. forma non est propter materiam: sed econtra. Alio modo potest comparari orbis ad intelligentiam dantem motum, isto modo dependet ab intelligentia. 41. 12. metaphy. similiter in genere causæ efficientis. Vnde illa causalitas effectiua non transit in pręteritum: sicut de filio indiuinis

Declaratio sententie Auer.

apud theologos. Ita substantia orbis dependet, & dependebit ab intelligentia. Si ergo auferreretur intelligentia, in genere causę finalis, & efficientis auferretur orbis. Isto modo intelligitur Auer. in. 2. capite de substantia orbis, ꝙ si auferreretur intelligentia, auferretur orbis. Nõ tamen dicit, ꝙ orbis nõ habeat existentiam de se per quam formaliter sit in actu: quoniam orbis est ens aternum: & omne ens æternum seipso est in actu. 8. metha. vltimo. Quando vero dicit, ꝙ nõ est in actu intelligitur effectiue, & finaliter: quia si intelligentia nõ efficeret, tunc orbis nõ esset.

Ad auctoritaté Auer.

¶ Ad auctoritatem Auer. in paraphrasi metaphy. vbi habetur ꝙ per intelligentiam, orbis est id, quod est. Dico ꝙ Auer. ibi vult demonstrare quomodo intelligentię sunt causę cęlorum in triplici genere causę. primo sunt causę effectiue respectu motus & etiam sunt principia eorum inquantum dant formas suas quibus sunt id quod sunt. Vnde aduerte ꝙ ratio illa est de causalitate intelligentię supra essentiam orbis: quod est contra Gregorium qui nõ vult intelligentiam habere causalitatem supra cęlum: Et probat hoc Auer. ibi: quia si intelligentia auferreretur, tunc cessaret essentia orbis: quia

Essentia qd secundũ. b. Augustinũ

substantia orbis dependet effectiue ab intelligentia, sicut motus eius. Vnde si intelligentia nõ esset, nõ esset orbis: quia essentia rei est id quod formaliter res est, vt dicit. b. Augustinus primo de trinitate. 14. essentia est id quod est, sicut scientia est sapere. ista ergo substantia orbis quę ibi male appellatur a translatore hebreo forma, dependet ab intelligentia effectiue. Et hoc idem vide in. 2. cap. de substantia orbis, ꝙ & si inquit cęlum simplex sit: & nullam materiam habeat: tamen indiget intelligia: quia est corpus finitum: & omne corpus finitum indiget virtute dante æternitatem: quia si intellectus separaret intelligentiam a cęlo, nõ remaneret cęlum, sicut nec motus. quemadmodum etiam sunt formæ eorum. In ea linea, declarat quomodo intelligentiæ sint formæ cęli. & dicit quodamodo, & declarando hoc dicit, ꝙ intelligentiæ sunt formæ cœli pro quanto id quod intelligunt, intelligunt de ipsis. Hoc exponitur dupliciter. primo intelligentia est forma cœli, pro quanto intelligendo deum ipsum, deriuatur motus cęli: qui est perfectio cœli. vel aliter, ꝙ intelligentia est quodamodo forma: quia cœlũ nõ dicitur habere animã nisi propter appetitum, & motum: & nõ dicitur intelligere cœlum, nisi propter intelligentiam quę mouet: & ideo intelligentia nõ est forma cœli: cum neq intellectus possibilis sit forma corporis humani: sed est motor assistens cœlo.

Duo genera formarum.

¶ Ad septimum dico, ꝙ ratio Auer. bene procedit. Vult Auer. esse duo genera formarum. Sunt formæ materiales quæ requirunt de necessitate nõ solum materiam, sed etiam dimensiones disponentes subiectum: quia in ratione subiecti, concurrit sola materia. Et quia est aliud genus formarum, quod nõ requirit materiam, nec dimensiones: ideo dixit, ꝙ si intelligentia debet vniri orbi, nõ requirit dimensiones: quia esset corruptibilis: Nam stat ꝙ antecedens sit impossibile: & consequentia sit necessaria. 6. phy. 2. ¶ Ad octauum respondetur, ꝙ cœlum est vnum per se, & intelligens per se, & vnũ numero sed nõ per formam dantem esse: quia secus est de vnitate In eternis, q̃ in corruptibilibus: nam. 8. metaphy. 15. Aristo. alium modum dicit vnitatis esse in rebus ęternis q̃ in corruptibilibus. Videas. 8. phy. 89. vbi ait ꝙ in rebus corruptibilibus, fit vnũ ex actu & potentia. Et licet ista vnitas in sensibilibus sit perfectior, q̃ vnitas aggregationis corruptibilium: tamen nõ est perfectior q̃ vnitas intelligentiæ, vt motoris cum orbe. quod ex intelligentia & orbe nõ fiat vnum, sicut ex materia & forma est, quia in orbe non est potentia. & ideo hoc ex summa perfectione obis procedit, & nõ ex imperfectione. Et in co. quinto. 3. de anima dicit, ꝙ ex intellectu materiali, & agente, fit verius vnum, q̃ ex materia & forma: quia in his nõ fit tertium. Et idem est iuditium de intelligentia, & de anima intellectiua. Sed nos qui summus assueti in corruptibilibus, in quibus vnum per se, fit per formam dantem esse, credimus ꝙ ita sit etiam de rebus separatis. Vnde dicit Aristo. primo de partibus cap. vltimo, ꝙ melius est habere cognitionem modicam de rebus ęternis, q̃ magnam de corruptibilibus. & dat exemplum de puella. Videas Auer. in cap. primo de sub. orb. vbi ait, ꝙ cœlum nõ est appetens per partem, nec intelligens per partem: sed est intelligens per se: vnde cęlum lunæ dicitur per se intelligere. Nam cœlum lunę dicit duo: formam, & materiam. Ita. 2. de anima. 4. aliud dicimus corpus, ab hoc quod est viuum, istud cęlum lunæ, est intelligens & animatum per vniuersum, & secundũ se totum: quia si cęlum lunæ dicitur intelligere, dicitur, quia intelligentia lunæ dicitur intelligere.

Dicẽdi modus Platonis.

¶ Et nota hoc: quia hunc dicendi modum habet Plato in alcibiade. & Aristo. nõ dissentit ab hoc. Vnde tenebat Plato, ꝙ anima esset vtens homine. Videas Aristo. 2. de anima. 11, vbi quęrit, vtrum sit anima quę vtatur corpore, sicut nauta naui? Sed dicas, vbi fuit absoluta hæc quæstio? non potest apparere, nisi in. 3. vbi demostrauit, ꝙ intellectus nullius corporis est actus. Et ideo quando dicimus ꝙ homo intelligit, verificatur hoc modo, ꝙ anima assistens homini, intelligit: & homo concurrit vt instrumentum. ¶ Et nota, ꝙ intelligentia differt ab intellectu nostro: quia intelligentia sola intelligit, & orbis nõ coagit in intellectione. Sed quando intellectus hominis intelligit, intelligit per partem coadiuuantem, & hoc est cogitatiua. Et hoc est quod dicit Auer. ꝙ intelligentia nõ adiuuatur in intelligendo ab orbe: quia intelligeret per partem: & esset similis homini. Et ista est ratio, quare dixit Ari. 3. de anima. 20. ꝙ nõ intelligimus post mortem, quia cogitatiua corrumpitur. nec amplius anima denominat hunc hominem. Sed intelligentia lunę nõ dependet in intellectione ab orbe: quia eius intellectio est per essentiam. & ideo ex intellectu, & phantasmate fit vnum intelligens. Vide themi. 27. & 28. Ista fuit doctrina antiqua peripatheticorum, ꝙ cęlum nõ intelligit per partem. & Ari. 12. meta. 39. dicit, ꝙ deus est animal sempiternum, habens optimam vitam, & intellectualem orbis: ergo est intelligens per principium separatum. Et stat, ꝙ forma separata a subiecto secundum essentiam, sit principium operandi in aliquo. Vnde Alex. tenuit ꝙ intellectus agens sit deus. & exponit Aristo. 2. de genera. animalium cap. 2. & 3. ꝙ deforis aduenit. & 2. de anima. 11. dicit, ꝙ ista separatio nõ intelligitur per localem motum, sed separatur quantum ad operationem, quando homo nõ intelligit.

Duplex fœlicitas.

¶ Et ne videatur hoc mirum, videas primo ethico, cap. 9. Duplex est fœlicitas, vna est practica, quam habent politici. est alia fœlicitas, quæ est supra hominem: & hęc est contemplatiua, quia nõ competit homini, nisi secundum intellectum. Et inferius in eodem cap. Aristo. ponendo differentiam inter has duas fœlicitates, dicit, ꝙ ista fœlicitas est secundum separatam partem. & est locus contra aliquos.

aliquos, quia Aristo. vult virtutes morales esse in cõposito. Aliqui autem volunt esse in voluntate. Sed homo (inquit) est fęlix ꝑ principium separatum. ita cęlum est ens ꝑ formã separatam, & intelligens. Est etiam argumentũ sancti Thomæ, & est tale. Tu dicis, ꝙ orbis est existens ꝑ se, & nõ indiget anima dãte esse, tunc sic. Omne qđ existit in actu, aut est actus, aut habens actũ. orbis seclusa intelligẽtia quid est: actus. vide. 9. meta. 10. vbi dicit, ꝙ orbis nõ potest habere rationẽ formæ, sed bene rationẽ materię. ergo erit habens actũ. ergo erit cõpositus ex materia, & forma: cuius oppositum ipse tenet, ꝙ orbis sine intelligentia sit simplex. ¶ Respondeo. vide Auer. in paraphrasi. 1. de cœlo, summa. 6. vbi ait, ꝙ orbis habet vmbram materiæ, & vmbram formæ. Habet vmbram materiæ, quia est in potentia ad vbi. Habet similitudinem formæ, quia habet existentiam in actu. Tunc dico ad argumentũ, ꝙ propositio est insufficiens, ꝙ omne sit actus, aut habens actum. sed oportet addere, ꝙ aut habet similitudinem actus. & vt sic orbis habet similitudinem actus. Vltimo fit aliud argumentũ, & est tale. Data ista positione, probatur ꝙ orbis erit cõpositus seclusa intelligentia. quia certũ est ꝙ orbis cõuenit in cõmuni nomine materiæ, & differt a prima materia. ergo est cõpositus ex genere, & differentia: & omne tale est cõpositum ex materia, & forma. 2. cęli. 49. Et hoc argumentum est etiam cõtra diuũ Thomã, tenentẽ materiã cęli esse alterius rationis a materia prima. Huic respõdet Herueus, quæstione. 3. de materia cęli, solu. 3. ad argumentũ principale, ꝙ illę materię distinguntur ꝑ se ipsas. Dices, Aristo. 7. meta. 49. Omnis distinctio est a forma. Dico, ꝙ ista propositio nõ est vera semper, sed est vera in distinctione cõpositorũ, & in distinctione specifica: sed in simplicibus nõ est vera, vt dicit Alex. primo naturalium quæstionũ. Materia prima est distincta a forma, nõ tamẽ ꝑ formã. Ens est distinctũ a nõ ente, nõ tamen ꝑ differentiam. ideo nõ valet. Dicamus ergo ꝙ propositio vera est in cõpositis, & nõ in simplicibus. vnde (vt dicit simplicius in solutione huius argumẽti) duplex est distinctio, vna est ꝑ formã, & alia est secũdũ magis & minus: in analogicis est distinctio secũdũ prius, & posterius. Ita materia ꝑ prius dicitur de materia cęli, q̃ de materia prima. Hoc dixit Auer. in. 1. cap. de sub. orb. ꝙ orbis habet primũ gradũ materię. Et in cap. vltimo de sub. orb. & sic cessat dubiũ. Et hęc sufficiant pro hac quæstione. hęc omnia de mẽte Zimarę, in lectura sup. 2. de cęlo. q̃ fecit Padulę, vbi difuse hanc q̃õnem examinauit a qua fere hęc omnia acepta sunt, quę pro hac q̃õne scripsimus.

Argumentum sancti Thomæ.

Respõsio.

VTRVM LICEAT ARGVERE IN SECONDA FIGVRA EX DVABVS AFFIRMATIVIS: CONCORDANTIA. XXXV.

ARisto. 1. priorũ ostendit rationes ex duabus affirmatiuis in. 2. figura, incõstantes, & inutiles esse. Oppositũ huius habetur ab ipso Aristo. 2. cęli. 23. & 2. phy. 23. & 4. phy. 33. & 42. In quibus locis arguit ex duabus affirmatiuis in. 2. figura, vt ibi Auer. ait. Ad hoc respõdeo (& est respõsio Auer. in dictis locis) ꝙ licet gratia formę nõ liceat arguere in secũda figura ex ambabus affirmatiuis, tamẽ gratia materię valet: quia maior potest cõuerti in terminis, & fiet in prima figura & sic nulla est cõtradictio. ¶ Sed remanet pulchra dubitatio: ꝑꝑ quid in materia cõuertibili, cũ silogismi facti ex ambabus affirmatiuis in secunda figura fieri possint de forma in prima figura, ꝑ cõuersionẽ maioris propositionis in terminis: Ari. has rationes plerũq; nõ adducit in figura prima: cui ex forma silogizandi cõpetit ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis silogizare: sed adducit eas in figura secũda: cui nõ datũ est ex forma, sed ex materia tantũ. Huic dubio satisfacit Auer. 4. phy. 33. Tamẽ pro intellectione suæ responsionis, est sciendũ, ꝙ (vt bene notat Auer. 7. meta. 59.) apud peripatheticos, duplex est prędicatio, naturalis videlicet, & nõ naturalis. Hanc etiam distinctionẽ habes a lucidissimo temi. in. 1. poster, cap. 38. Naturalis prędicatio est quãdo in propositione subijcitur id, quod debet subijci: & prędicatur id, quod debet prędicari. Nõ naturalis vero est opposito modo: videlicet quãdo in propositio, id quod debet prędicari, subijcitur: & id quod debet subijci, prędicatur. Pro quo est sciendũ, ꝙ prędicatum habet modũ formę: & subiectũ habet modũ materię, vt logici aiunt. Nã sicut forma est quę dat spetiẽ, & distinctionẽ rei, ita prędicatũ spetiẽ, & distinctionẽ dat propositioni. ideo a prędicatis, nõ a subiectis propositiones specificãtur. Vnde vt bene propositionẽ naturalẽ, a mathematica: & quãlibet propositionẽ propriã alicui scientiæ, possis discernere, manda hoc memoriæ, ꝙ propositiones absolutæ cõsideratæ, specificantur a prędicatis: & demõstrationes specificantur a medijs. Vnde ista propositio, linea est terrestris, est naturalis. sed ista, linea est lõgitudo, sine latitudine, est mathematica. Ista autẽ. linea est ens, est metaphysica. sed ista, linea est spetiés, aut indiuiduũ, aut subiectũ, aut prędicatũ, omnes istę sunt logicę. Similiter ista, materia est ens sensibile, est naturalis. sed ista, materia est ens, vel materia est substãtia, vel materia est ens in potẽtia, omnes istę sunt metaphysicę: vt patet ꝑ Auer. 2. phy. 4. & 12. & 7. meta. 5. & 9. & 12. meta. 1. 5. & 29. Vnde istę propositiones nõ sunt distinguẽdę, vt quidã ex modernis ausi sunt dicere, videlicet, ꝙ ista propositio, materia est ens, debet distingui: nã ratione subiecti, est naturalis: & ratione prędicati, est metaphysica: Nunq̃ enim neq; Ari. neq; Auer. ausus est hoc dicere. sed de hoc alias. ¶ Et quia respectus superioris ad inferius: cõtinentis ad cõtentũ, respectus est totius ad partes: talis autẽ respectus est sicut respectus formę ad materiã. De cõtinente ad contentũ, patet. 4. cęli. 23. De toto, & partibus, ex. 27. meta. co. 35. Similiter quia accidẽtis ad substantiã dispositio est respectus formę, secundũ quid perficientis ad subiectũ, tanq̃ ad materiã. substãtia enim nõ est causa accidentiũ, neq; secũdũ agens, neq; secũdũ finẽ. Sed quia est subiectũ eorũ, & cõstituuntur ꝑ illã: vt ait Auer. 4. meta. 2. inde sequitur, ꝙ quotiescũq; superiora de inferioribus prędicãtur: aut accidẽtia de substãtijs, siue propria, siue cõmunia sint omnes istę prędicationes sunt naturales. quia in talibus id, quod prędicari debet, prędicatur: & subijcitur id, quod debet subijci secũdũ naturã. Nam illud aptũ est prędicari secũdũ naturã, quod habet respectũ formę. Et illud est aptũ subijci, quod habet respectũ materię. Ex quo sequitur, ꝙ quotiens prędicãtur inferiora de superioribus: aut subiecta de accidẽtibus: aut accidẽtia de accidẽtibus: aut idẽ de se ipso, oẽs istę sunt nõ naturales. Nã in talibus id prędicatur, quod nõ hẽt habitudinẽ formę: & subijcitur id, quod nõ hẽt habitudinẽ materię. De primis duobus modis clarũ est. De tertio etiã, vbi prędicatur accidens de accidẽte, nõ est habitudo subiecti ad prędicatũ, habitudo materię ad formã: quodlibet enim accidens est materia in se. & ideo si vnũ fit materia alterius, hoc est ꝑ accidens, videlicet respectu subiecti tertij, cui ambo accidunt. Similiter prędicatio in qua idem prędicatur de se ipso, est pręter cursum naturalem. Cum enim materia sit primo diuersa a forma, impossibile est vt idem, respectu sumet, habeat respectum materię ad formam. & ideo ista prędicatio est in fine prędicationis exeuntis a naturali prędicatione. Vnde Auer. in primo priorũ, in digressione de quarta figura, cõtra Gal. infert, ꝙ si datur quarta figura, se

Pulchra dubitatio.

Propositiones a pdicatis & demõstrationes a mediis specificantur.

queretur ꝙ idē prędicaretur de se ipso: quod est in fine abominationis. Et. 10. meta. 8. cōtra Auic. habet, ꝙ in propositione in qua idē prędicatur de se ipso, nō est subiectū, neq; prędicatū: & est nugatoria. Idē. 4. meta. 3. Et porphirius dixit indiuiduū de vno solo prędicari, illud tamē nō est secundū cursum naturalem, nō enim dixit porphi. ꝙ naturaliter prędicatur. Vnde Aristo. animaduertens ad hoc, dixit in prędicamentis: a prima substantia nullam esse prędicationē, scilicet naturalem, & proprie dictam: de qua est scientia. Et male dicunt asserentes ꝙ propositio, in qua idē prędicatur de se ipso, sit in primo modo dicendi ꝑ se. Quia volunt propositiones primi modi esse in quatuor gradibus cōstitutas. Est enim expresse cōtra Auer. 7. meta. 11. vbi dicit, ꝙ primus modus prædicabilium essentialium continet tria. s. genus, differentiam, & diffinitionem, quę cōponitur ex eis. Cū illa prędicatio sit pręter naturā, & in fine abominationis: & prędicatio primi modi, cū sit deseruiens simpliciter scibilibus, est prędicatio quę est secundū naturam excluduntur enim a demōstratione prędicationes nō naturales, vt patet ꝑ philosophū. 1. poster. 36. ¶ Et si dicitur ꝙ est sententia Boetij dicentis, ꝙ nulla est verior propositio, q̃ illa, in qua idem prędicatur de se ipso. Dico, ꝙ penes aliud attenditur veritas propositionis, & penes aliud naturalitas prędicationis. Nam ꝑ Aristo. in libro priher. & in prędicamē. ex eo ꝙ res est, vel nō est, redditur oratio vera, vel falsa. Vnde dicimus ꝙ veritas propositionis affirmatiuæ attenditur penes identitatem prędicati ad subiectum. Et quia vera & maxima identitas est eiusdem ad se ipsum, propter hoc dixit Boetius, ꝙ verissima est propositio, in qua idem de se ipso dicitur. Tamen ista prędicatio nō est naturalis, quia idem respectu sui met, nō potest habere secundū naturam respectum materiæ ad formam, & receptiui & receptibilis: quia ista sunt primo diuersa secundum naturam. Et expresse habetur a philosopho. 1. poster. 36. ꝙ aliqua prędicatio est vera, licet nō sit propria, & naturalis, vt inductiue declarat Ioannes grāma. ibi. ¶ Sed est instantia. nam Aristo. in fine secundi de interpretatione inquit, ꝙ ista, bonum est bonum, est vera per se. Sed ista, bonum nō est malum, est vera per accidens, & per cōsequens propositio, in qua idē prędicatur de se ipso, est per se, & nō nisi in primo modo, ergo &c. ¶ Dicitur ꝙ li per se ibi sumitur, vt distinguitur contra per accidens: vt li per accidens ibi stat pro illo, quod secundo loco est tale: vt bene notat ibi Boetius. Nam principaliter, per naturam propriam, primo bonum est bonum: & secundo bonum nō est malum. quia omnis negatio vera est per aliquam affirmationem priorem, quę vera est. Nam quia homo est homo, nō est equus. Nō sumitur igitur per se, & per accidens, vt sunt notę determinantes inherentiam prędicati in subiecto, vt in libro posteri. sed vt dicunt aliquid primo, & secundo loco tale, aut tale esse. ¶ His igitur positis, respōdetur ad difficultatē, vt respōdet Auer. 4. phy. 33. vbi inquit. Quoniam cū tales propositiones cōponantur in figura prima, tunc maior propositio erit prędicabilis, nō secundū naturā. & ideo componuntur in secunda figura. quia impossibile est, dum tales conuertuntur, vt remaneat naturalitas in vtraq;. Et hac de causa Aristo. nō adduxit illas rationes per conuersionem maioris propositionis in prima figura. Et hęc sufficiant.

VTRVM LICEAT ARGVERE IN PRIMA FIGVRA EX DVABVS INDEFINITIS: CONCORDANTIA. XXXVI.

ARisto. 2. de anima. 71. volens assignare causam in hoc, cur diaphanum in actu potest recipere colorē, arguit hoc modo. Carens colore, susceptiuum est coloris. Diaphanū de se est carens colore. ergo diaphanum susceptiuū est coloris. Vbi patet, ꝙ arguit ex duabus indefinitis in prima figura. ¶ Oppositum huius docet ꝑ multa dicta in prioribus analecticis, vbi patet, ꝙ in nullo modo illius figurę possumus sic arguere. ¶ Ad hoc aliquis dicere posset, ꝙ hoc nō inconuenit, quia in prędicto silogismo maior vniuersalis fieri potest. Nam vbi dicitur carens colore, susceptiuum est coloris, potest addi signum vniuersalitatis, & dici. Omne carens colore &c. Et sic nō est inconueniens, ꝙ in prima figura arguatur ex duabus indeffinitis, vbi altera premissarū vniuersalis effici potest. Contra. Hoc potest fieri, quādo illa indeffinita vniuersalis efficiatur, & nō sequitur falsitas illius: sed remanet vera, vt prius erat. Sed in proposito oppositum habetur. Nam si illa propositio Aristo. efficiatur vniuersalis, erit falsa. nā falsum est hoc. s. omne carens colore, susceptiuum est coloris. multa. n. sunt colore vacantia, quę susceptiua coloris nō sunt, vt in multis clarū est. Ergo nō hoc pacto Aristo. saluare possumus. ¶ Ad quod breuiter dicitur, ꝙ illa propositio habet fieri vniuersalis. verum est, ꝙ nō debet sic simpliciter fieri, vt in responsione efficiebatur. sed hoc modo fieri debet. s. Omne carens colore, quod est aptum ad colorem, susceptiuum est coloris. quia ibi Aristo. loquitur secundum materiam subiectam, puta de diaphano: quod diaphanum aptum est ad colorem suscipiendum. Et ideo maior debet intelligi contractione facta. Et sic omnis instantia remouetur.

Ex duabus indeffinitis in prima figura.

VTRVM IN FIGVRA SIT MAGIS ET MINVS: CONCORDANTIA. XXXVII.

ARisto. 2. cęli. 32. dixit, & Auer. ꝙ terra est quia maxime remota a cœlo, est magis longa a sphericitate. Deinde sicut aqua magis est rotunda q̃ terra, ita aer magis q̃ aqua. & ignis magis q̃ aer. Ex quibus sequitur, ꝙ in figura erit magis & minus. Oppositum huius habetur ab Aristo. & Auer. in prędicamentis cap. de qualitate. ¶ Ad hoc respondeo (dicant alij quicquid velint) ꝙ figura nō recipit nec magis, nec minus. Tamen sicut forma substantialis perfecta, & si in sua essentia nō recipiat magis, aut minus, tamen vt est forma in materia, vt sic recipere potest magis, aut minus. sicut ait Auer. 8. meta. 10. inquit. n. Vnus homo nō est maioris humanitatis q̃ alter secundum formam: sed si fuerit, erit secundum ꝙ est forma in materia. Nam humana forma secundum materiales dispositiones, in quibus existit, sic potest & magis & minus recipere. In tantum ꝙ a philosopho in ethicis, aliqui hominis arborei, aliqui brutales, aliqui intellectuales, & quasi dij terrestres nuncupantur. Aliqui. n. (vt ait Hesiodus) ad scientias capescendas per solam naturam sunt apti, & perfecti ex bonitate cōplexionis: sicut fuerunt Hippocrates, & Aristo. Aliqui vero nō per naturam, sed per doctores eorum mentes excitantes. Quidam vero neutro modo sunt apti. & isti ad discernendum verum a falso, omnino sunt inutiles. Patet autem ꝙ totalis ista diuersitas nō prouenit nisi ex diuersitate cōplexionis & dispositionum, in quibus forma existit. Sic dico de figura, ꝙ in se nō suscipit magis, nec minus, sed secundum ꝙ est in corpore cœlesti nobiliori, dicitur nobilior. & sic de alijs. & omne dubium cessat.

Humana forma quō pōt magis & minus recipere.

VTRVM INTELLECTVS OMNIA POSSIT COMPREHENDERE? CONCORDANTIA. XXXVIII.

ARisto.3.de anima.4.vbi secundum Auer.intendit demõstrare intellectũ possibilem nõ esse corpus,neq; virtutem in corpore,ait.Necesse est autẽ,quia omnia intelligit,immixtum esse.& ꝙ intellectus omnia intelligit,est vna de propositionibus, in quibus Aristo.demõstratio fundatur.Etiam Auer.2.phy.47.innuit,nihil naturaliter esse ignotũ.Hoc etiam velle videtur,1.de gñа.co.19.¶Oppositũ huius videtur velle Auer.2.cęli.34.vbi ponens modos quęrẽdi quæstiones,dicit.Aut facit hoc ꝑꝑ errorẽ accidentẽ ei,putãdo ꝙ omnia cõprehẽsibilia sunt,& nota certe.¶Ad hoc respõdeo,ꝙ(vt ex eius verbis patet)ista verba nõ repugnant locis superius allegatis.quia addit vnũ.s.certe.Vnde aliud est,ꝙ omnia possint cognosci.Et aliud est ꝙ omnia possint cognosci certitudinaliter.Videas Auer.2.cęli.60.dicentẽ,ꝙ homo nõ potest enuntiare in qualibet re,secũdũ eius naturã:ideo enuntiat secundũ suũ posse.Vnde de aliquibus intellectus habet cognitionẽ ꝑ demõstrationẽ:& de aliquibus ꝑ signa,& coniecturas.Et ꝑꝑ hoc credẽtes ꝙ quãlibet quæstionẽ possimus ꝑ certã causam exquirere,errant.quia nõ quęlibet res,quę scitur ꝑ causam,& verã certitudinẽ,scitur.quia hoc impugnauit Aristo.1.poster.¶Sed facit maiorẽ difficultatẽ quod Auer.ait.2.cœli.16.vbi de illa quæstione,quę sit nobilior pars cęli,an illa quæ est sub polo artico,an illa,quę est sub polo antartico?ait,ꝙ intellectus humanus nõ potest cõprehendere verificationẽ huius cõparationis.Nã hic absolute dicit intellectũ nõ posse cõprehendere.¶Ad hoc dupliciter dicitur,ꝙ Auer.ibi per illa verba arguit difficultatẽ,& nõ impossibilitatem.Sicut ipse in simili dicit de exemplo Aristo.2.meta.1.Aut aliter dicendum est,ꝙ in tali quæstione intellectus humanus nõ potest dicere secundum naturam rei:sed solum secundum suam capacitatem.iuxta eiusdem sententiam.2.cęli.60.Et sic tolitur dubium.

VTRVM MOTVS COELI PRIMI SIT REGVLARIS? CONCORDANTIA. XXXIX.

ARisto.2.cęli.35.& alibi ait,motũ primi mobilis regularẽ esse. Oppositũ huius videtur velle.8.phy.84.vbi videtur velle, ꝙ pars illa quæ est versus centrum,tardius mouetur,q̃ pars illa,quæ est distans a centro.¶Ad hoc breuiter respondetur,ꝙ Aristo.in.8.phy.84.cõparat motum cęli in ordine ad subiectum.& tunc pars propinqua centro est tardior in motu,q̃ pars remota.quia in eodem tempore pars remota a centro pertransit maius spatium,q̃ pars propinqua.Sed quũ in.2.cęli dicit motum regularem esse,intelligit,ꝙ nõ velocius mouetur in vno tempore,q̃ in alio.Et sic nõ sibi ipsi opponit.

VTRVM VNVM TEMPVS INFINITVM, ALTERI INFINITO AEQVALE DICI POSSIT? CONCORDANTIA. XL.

AVer.in destructionibus,disp.u.prima in solu.5.dubij ait ꝙ magis & minus & æquale sunt proprietates in magnitudine finita.Et in solu.6.dubij ait ꝙ numerus infinitus nõ est par,nec impar.Oppositum huius videtur velle.2.cœli.38.vbi ait.Et intelligit per tempus æquale,tempus infinitum.Tempus.n.infinitum dicitur alio modo esse æquale infinito.cum infinitum nõ sit maius infinito.¶Ad hoc dicitur ꝙ proprie loquendo maius,& minus,& æquale sunt proprietates quantitatis finitæ.Sed alio modo vnum infinitum potest dici æquale alteri,priuatiue.i.quia nõ excedit.Vnde hoc innuendo Auer.dixit tempus infinitum esse alio modo æquale tempori infinito.& hoc quia nõ est proprie ęquale.Et sic tollitur dubium.

Malus, & minus, & æquale sũt proprietates quãtitatis finite.

VTRVM MOTVS LOCALIS SIT PRIMVS MOTVVM? CONCORDANTIA. XLI.

ARisto.8.phy.55.ait.Tribus autem existentibus motibus,alio quidem secundũ magnitudinẽ.& alio secundũ passionẽ.& quodã alio secũdũ locũ:quẽ vocamus loci mutationẽ,hunc necessariũ est esse primũ.Deinde hoc dicit respectu generationis,& corruptionis.Oppositũ huius videtur innuere eodẽ tex.58.vbi ait.Motus localis vltimus est in his quę sunt in generatione.Ad hoc dico,& est respõsio themi.in eodẽ loco,vbi ait.Sed ad hoc facilis defensio est singulatim ortus,et generatio prior est motu locali.In vniuersum,motus localis prior est ortu.necessariũ est enim vt eius rei quę paritur,pręcesserit aliquod pariens. quod anteq̃ pareret,motũ localẽ vtiq; exercuerit.Nã tũ quũ gignit,gigni quod gignit,dici,aut existimari nõ potest.Ita fit,vt sit necesse,anteq̃ quicq̃ oriatur,antecessisse aliquod,quod locũ ex loco mutauerit.hęc ibi.Tamẽ si philosophi verba exponãtur,vt ab aliquibus latinis expositoribus exponuntur,cõtradictio nõ apparet.tamen modum lucidissimi themi.volui adducere.

VTRVM IN SVBSTANTIA SIT CONTRARIETAS? CONCORDANTIA. XLII.

ARisto.5.phy.ait.Secundum substantiam autem non est motus:propter nullum entium substantiæ contrarium esse.Et Auer. ibi ait.In substantia vero non est motus.quoniam omnis motus est de contrario in contrarium.sed substantia non est contraria substantiæ, vt dictum est in prædicam. Et Aristo.in prædicam.cap.de substantia.Oppositum huius habetur ab Aristo.primo phy.56.vbi ait.Semper.n.in vno genere est vna contrarietas.hoc etiam Auer.ibi etiam philosophus eodem libro.50. ait.Et est igitur vna contrarietas in omni genere vno.substantia autem vnum quodam genus est.& Auer. in co. ait. Et hoc intendebat quum dixit.& substantia est vnum genus.sed tacuit conclusionem & est, ꝙ contrarietas existens in eadem, est vna: & est principium aliorum entium. Ex quibus clare apparet, in substantia contrarietatem esse.

Opinio Alexandri. ¶ Istam apparentem contradictionem duplici via sedare possumus. Vna est Alex. dicentis, ꝙ quando Aristo. dixit in prædica.
substantiam, substantiæ nō contrariari, intellexit de substantia cōposita ex materia, & forma. Sed dum dixit in physicis, in omni
genere contrarietatem esse, loquitur de substantia simplici. s. de forma. Sed quia ista via est remota a mente Auer. vt patet. 5. phy. 10.
& . 8. meta. 5. vt alias longo sermone scripsimus, ideo de mente Auer. aliter respondemus. ꝙ contrarietas, vt in proposito spectat, su
Contrarietas dupliciter. mitur dupliciter. vno modo proprie: & sic, nihil aliud est, q̄ maxima distantia sub vno genere eorum, quæ nata sunt ab eodem susce
ptibili se continue expellere. qualis est inter calidum, & frigidum: album, & nigrum. Et de hac loquitur Aristo. quum dicit substā
tiæ nihil esse contrarium. Duę. n. substantiæ & si in eodem genere maxime distantes sint: puta homo, & imperfectissimum conchi
lium in genere animalis: non tamen circa vnum aliquod nata sunt suscipi. quoniam in nullo suscipi possunt. Alio modo potest sumi
contrarietas pro contrarietate secundum esse, & non esse. i. secundum priuationem, & habitū, vt accipitur, 1. phy. co. 41. & . 43.
& . 10. meta. co. 9. Et sic dico ꝙ quando Aristo. dixit ꝙ in genere substantię est contrarietas, hoc veritatem habet de ista contrarie
tate. Nam in omni genere est priuatio, & forma. Vnde Auer. 56. 1. phy. dicit si prima contraria in vno quoq; genere sint opposita
secundum esse, & nō esse, sunt tunc opposita in substantia secundum esse, & nō esse. & sunt causæ aliorum oppositorum existen-
tium in alijs prędicamentis. & illa debent esse prima contraria. quæ verba Auer. si Burleus bene inspexisset, haud protulisset quod
protulit super. 1. phy. 52. Et hoc modo dictū Aristo. intelligitur ibi. quia eius mens est generationis in vniuersali principia venari:
siue sit in substantia, siue sit in accidentibus: vt dicit ipse philosophus in. 57. primi phy. dum ait. Sic igitur nos dicamus primum de
omni generatione aggredientes. Et Auer. ibi ait. Et intendit p cōmunem generationem, generationē, quę fit in substantia, & in omni
bus prędicamentis. & sic tollitur omnis contradictio. quod autem Aristo. in prędicam. cap. de substantia loquatur de contrarieta
te proprie sumpta, patet per Auer. ibi dicentem in differentia. 12. Et ex proprijs prędicamenti substantię est, ꝙ nō habet contra-
Alius modus dicēdi. rium. quia nō inuenitur homini, nec animali contrarium proprie. quid clarius? Alio etiam modo possumus dicere ad contradictio-
nem, ꝙ quando Aristo. ait, in omni genere contrarietatem esse, sermo eius potest saluari de contrarietate differentiarum. nam diffe-
rentiæ generis diuisiuæ, oppositæ sunt, & simul natura sunt: vt in cap. de simul Aristo. in prędicam. ait. Et differentiæ ipsæ nō alio
oppositionis modo possunt opponi, nisi secundum modum contrarietatis. nō. n. secundum habitum & priuationem opponi pos-
sunt, quia nullius habitus priuatio constitutiua est. Nec secundum affirmationem, & negationem opponi possunt, quia nullius spe
tiei negatio constitutiua est. Nec etiam relatiue opponuntur, quia in absolutis generibus, absolutæ spetiei, relatio differentia consti-
tutiua esse nō potest. Oportet ergo oppositionem inter differentias existentem, ad contrarietates reducere. Et licet inter differentias
generis diuisiuas sit oppositio: & genus semper per contrarias differentias diuidatur, non tamen oportet dicere speties per illas
constitutas, semper contrarias esse: licet illud quandoq; possit contingere. Animal. n. diuiditur per rationale, & inrationale, tanq̄
per differentias contrarias: tamen homo, & equus, nō sunt speties contrariæ. Ex aduerso autem, diuiditur color per congregati-
uum, & disgregatiuum visus, tanq̄ per differentias contrarias: & speties per illas constitutæ, sunt contrariæ, videlicet albedo, &
nigredo. Et ratio potest esse (vt etiam notat doctissimus Zimara in hoc proposito) quia differentię sunt partes spetierum. nam spe-
ties ex forma vniuersali, quę est genus: & ex forma propria, quę est differentia, componitur, vt dicit Auer. 2. phy. 28. & etiam pri
mo phy. co. 5. contrarietas autem in parte inuenta, contrarietatem in toto de necessitate nō infert. Nam, 1. cęli. 29. instantia habe
tur, ꝙ motus in duobus semicirculis, licet contrarij sint, non tamen in completis circulis motus contrarij sunt. Et si dicatur, ꝙ ipse
Auer. 1. phy. 52. expresse hanc contradictionem soluit, solutione ipsius Alex. vbi ait. Et similiter nihil prohibet vt substantiæ sint
contrarię secundum formas, nō contrariæ secundum subiectum. & sic dicere ꝙ substantia nō est contraria substantiæ, verum est se
cundum subiectum. & ꝙ substantia est contraria substantiæ, secundum formam est verum, & hoc adiuuat Alex. quum dicit, in sub
stantijs simplicibus potest esse contrarietas, & non in compositis. Et Alex. intelligit hoc, quod Aristo. dicit in prędicam. qui dicit,
ꝙ proprium substantiæ est non habere contrarium, de substantijs compositis, nō de simplicibus. Aristo. n. dicit in libro de genera-
tione ꝙ corpora simplicia sunt contraria. hęc ibi. ¶ Ad hoc faciliter respondetur, ꝙ Auer. ibi loquitur secundum mentem Alex. vt
ostendit suorum verborū contextus. Sed. 5. phy. 10. & . 8. meta. 5. loquitur secundum opinionem propriam: & illam Alex. impugnat.
Et hęc sufficiant.

VTRVM IN QVANTITATE SIT CONTRARIETAS? CONCORDANTIA. XLIII.

ARisto. in prędicam. cap. de quantitate ait. Amplius quantitati nihil est cōtrarium: indefinitis enim manifestum est quoniam
nihil est contrarium &c. Auer. ibi ait in differentia quinta. Et ex proprijs quantitatis est, ꝙ nō est ei contrarium penitus:
siue sit continua, siue discreta. ¶ Oppositum huius expresse habetur. 5. phy. 18. vbi habetur. quoniam autem neq; substan
tiæ, neq; ad aliquid, neq; ipsius facere, & pati relinquitur secundum quale & quantum & vbi motum esse. in vno quoq; enim horū
est contrarietas. Et Auer. ibi ait. quoniam quum posuit ꝙ motus inuenitur in tribus prędicamentis, & declarauit ꝙ non inuenitur
in substantia neq; in relatione, neq; in actione aut passione, sequitur vt solūmodo sit in istis tribus. & dixit quoniā in vnoquoq;
istorum est contrarietas. & innuit vniuersaliter hoc, ꝙ causa vniuersaliter, propter quam est possibile, vt motus solūmodo sit in istis
Responsio aliquorū. tribus prędicamentis, est, quia contraria existunt in eis. hęc enim necessaria causa est in esse eorum. Ad hoc respondent aliqui, &
pro solutione capiunt distinctionem Auer. 1. phy. 41. ꝙ contrarietas sumitur dupliciter. cōmuniter, & proprie. Hac posita distin-
ctione dicunt, in quantitate contrarietatem communiter sumptam bene reperiri: nō tamen contrarietatem proprie dictam. Et de
Impugnatio. contrarietate proprie sumpta intellexit Aristo. in prędicamentis, quum dixit ꝙ in quantitate nō est contrarietas. Sed hęc responsio
nulla est, quia hoc modo etiam Aristo. posset dicere, ꝙ in substantia est contrarietas: & ad illam esset motus. quod ipse in. 5. negat, &
Quantitas dupliciter potest cōsiderari. dicit, ꝙ in quantitate est contrarietas, & in substantia nō. Vnde aliter respondendum est, & dico, ꝙ quantitas dupliciter conside-
rari potest: vno modo simpliciter & absolute. & hoc modo de ipsa loquutus fuit philosophus in prędicamen. & Auer. quum dixe-
re. quantitati nihil esse contrarium. Nam eam considerauerunt secundum simplicem considerationem. Alio modo possumus consi-

derare quantitatem vt physicam, idest vt terminum corporis physici. Et hoc modo accepta, in ipsa est contrarietas secundum perfectum, & imperfectum. Et sic ad quantitatem est motus. quia quantitas minima in aliqua spetie, puta hominis, aut leonis, est contraria quantitati, maximę in illa spetie. maxime enim distant respectu illius spetiei. & de illa imperfecta, ad perfectam, per motum venitur. Et hoc modo de quantitate loquutus fuit Aristo. in. 5. phy. & Auer. & sic nō est contradictio.

VTRVM CORPORA COELESTIA SINT EIVSDEM SPETIEI? CONCORDANTIA. XLIIII.

AVer. cap. vltimo de sub. orb. ait. Ideo inuenitur in eis plusq̃ vnum numero, & sunt speties, & genera. Ex quibus videtur velle corpora cœlestia esse diuersarum spetierum. ℂ Oppositum huius habetur. 2. cœli. 49. & 59. vbi ait. Et hoc non est exemplum, sed demonstratio fundata super hoc, q̄ omnia corpora cœlestia sunt eiusdem naturæ spetiei. & corpora cœlestia sunt plura indiuidua in spetie. ℂ Ad hoc respondeo. Et vt res magis fiat clara, est sciendum, q̄ in hac re sunt duę positiones. Vna est Auic. & aliquorum ex latinis ipsum sequentium: q̄ corpora cœlestia, & stellæ non sunt eiusdem spetiei. Et adducebat duas rationes. prima est. ℂ Corpora quæ habent motus spetie differentes, sunt spetie differentia, cœlestia corpora sunt huiusmodi. ergo &c. Maior est nota ex. 8. & 9. tex. 1. de cœlo. Minor probatur. quia sunt aliqui orbes, quorum dextrum est in oriente: & sinistrum in occidente. Alij vero, vt orbes erratici, habent dextrum in occidente: & sinistrum in oriente. ℂ Secunda ratio ipsius est ex ecentricis. Vnde dicebat, q̄ nō quilibet motus circularis est concentricus. & ideo nō sunt eiusdem spetiei. ℂ Alia est positio Auer. 2. cęli vbi supra. quæ & Aristotelis videtur, q̄ cœlestia corpora sint eiusdem spetiei. Et non ita mirum est de Auic, sicut de illis latinis: qui in hoc Auic. tutantur: parum ad Aristo. intuendo. Vnde Auer. 2. cęli. 49. primo arguit contra positionem Auic. Secundo respondet suis rationibus. & arguit sic. Si corpora cœlestia essent eadē genere, & diuersa spetie, vt aiebat Auic. tunc essent composita ex materia, & forma. Consequentia valet ex his, quę scribit ipse Auer. super Porphir. cap. de spetie. vbi vult, q̄ genus generum prędicamenti substantiæ est corpus compositum ex materia & forma. & ista est sententia Aristo. 12. meta. 26. vbi ait, q̄ principia prędicamentorum sunt actus, & potentia. & illa, quę sunt in prędicamento, sunt in potentia aliquando, & aliquando in actu. Illa autem, quę sunt eterna, nō sunt in potentia, vt. 9. meta. 18. quę sunt in potentia nō sunt eterna. Boetius hoc etiam videtur dicere, q̄ genus generum est substantia corporea. quia ergo Auic. ponebat cœlos esse in genere substantiæ: tunc arguit sic. quę sunt in genere, sunt composita ex materia & forma, corpora cœlestia sunt in genere &c. ℂ Postea soluit rationem primam, & dicit, q̄ ista diuersitas, quæ est in motibus cœlorum secundum dextrum, & sinistrum, nō arguit diuersitatem specificam. quia etiam in homine est dextrum & sinistrum: & tamen nō valet, q̄ sit in eo diuersitas specifica. Sed diuersitas quæ est circa diuersa centra est, quæ arguit diuersitatem specificam. ℂ Ad secundam rationem dicit Auer. q̄ assumptum est falsum. quia omnis orbis mouetur circa medium mundi: & nullibi Aristo. posuit aliquod cœlum reuolui, nisi circa centrum mundi: sed voluit corpora cœlestia esse concentrica. Et ad contradictionem, quæ in dictis Auer. apparet, dico, q̄ (vt colligitur ex dictis Auer. 2. cęli. 49.) speties est duplex. Analogice dicta, & vniuoce dicta. Corpora cęlestia sunt eiusdem spetiei Analogæ: nō autem vniuocæ. sed vt sic, sunt diuersarum spetierum. Vnde duplex est conuenientia in spetie, vna est in spetie vniuoca. Et illa quæ sunt in eadem spetie vniuoca, conueniunt essentialiter in eisdem proprietatibus. & isto modo corpora cœlestia nō sunt in eadem spetie. Alio modo est conuenientia in Analoga. i. in spetie secundum prius, & posterius. vt ens non est genus vniuocum, sed Analogum. Vnde. 8. phi. 72. quando est terminus, qui habet rationem causæ, & rationem causati, talis terminus dicitur Analogicæ. Et ideo omnes orbes sunt eiusdem spetiei Analogæ. & sic Auer. nō sibi ipsi oppugnat. Vnde nō est derridendus Auer. vt nō nulli faciunt. nō enim vult astra esse eiusdem spetiei spetialissime. quia bene sciebat in eternis nō esse nisi vnum indiuiduum, sed sunt eiusdem spetiei Analogæ. Et hæc dicta sufficiant.

Positio Auic. & aliquorum.

Positio Auer.

Ad contradictionē.

VTRVM SINT ENTIA DIMINVTA, QVORVM NOBILITAS IN ACTIONE CONSISTIT? CONCORDANTIA. XLV.

AVer. 2. cęli. 63. ait. Et intendebat declarare per hoc, q̄ ea, quorum nobilitas est in actione, sunt diminuta. Oppositum huius habetur. 12. meta. 51. vbi Aristo. quęrit, vtrum deus intelligat habitualiter, & dicit, q̄ si deus intelligeret per modum habitus. tunc ei nihil honorabile inesset. Vnde dicebat Aristo. 1. ethico. 18. q̄ homo per dimidium vitę nō est fęlix. quia quum dormit non est fęlix. dicit ergo ibi q̄ fęlicitas dei est in actione. ℂ Ad hoc respondeo, & summo distinctionem, quæ habetur ex Auer. in. 63. 2. de cœlo, q̄ duplex est actio, quędam. s. quę non est distincta a sua substantia: & quędam, quæ est distincta a sua substantia. Hoc stante dico, q̄ Auer. in. 2. cęli. 63. loquitur de actione, quę est distincta a sua substantia. & talis actio indicat imperfectionem. In. 12. autem meta. ubi supra, nō est sermo de tali actione. Vnde intellectio dei est essentia dei. Vnde (vt ibi habetur) deus est substantia intellectualis, semper actu intelligens. nam deus est ens nobilissimum omnium. Hoc autem nō esset, si intelligens nō esset: aut nō esset semper actu intelligens. Vnde ait. si nō intelligat, quid vtiq; erit insigne venerabile: sed habet quemadmodum vt sit dormiens. vbi Auer. inquit. Necesse est, si est intelligens, vt semper sit secundum alterum istorum duorum modorum: aut secundum dispositionem, in qua nō vtitur sciens scientia: aut in qua vtitur. Si igitur fuerit in dispositione, in qua sciens nō vtitur scientia sua, est quasi dormiens: & nō erit in eo dispositio nobilis. & hoc est inconueniens. Et iam sua substantia est sua intellectio. & sic ostenditur per philosophum. Nam si ipse nō sit sua intelligentia. i. sua intellectio, sed potentia, tunc igitur nō erit optima substantia. per intelligere. n. ei honorabile inest. quasi dicat, cum deus nō sit in optima dispositione, nisi per intelligentiam, si sua substantia nō sit sua intelligentia, tunc igitur ipse ex se nō erit optima substantia, & perfectissima: sed perficitur per aliud. s. per ipsam intellectionem. & hoc est inconueniens. In nobis autem nō est sic. Humana enim intellectio est qualitas. Equiuoce enim (vt dicit Auer. 12. meta. 51.) dicitur scientia de nostra, & dei scientia. & sic nō est cōtradictio. ℂ Ex hac etiam distinctione elicitur solutio

Actio duplex. s. distincta a sua substātia, & non distincta.

ad argumentum Ioannis Andagauensis volentis, ꝙ deus nō moueat effectiue primum orbem. quia deus, cum sit perfectissimus entium, nō habet aliquam actionem. ¶ Dicitur ꝙ deus, & omnia abstracta acquirunt suam perfectionem sine aliqua actione, idest sine actione, quę sit alia a substantia eorum. Vnde intellectio intelligentiarum est eadem cum substantia earum.

VTRVM MOTOR COELESTIS SIT FATIGABILIS? CONCORDANTIA. XLVI.

ARisto. 2. cœli. 71. & habetur in translatione arabica, dixit, ꝙ si sphœræ planetarum haberent plures stellas, primus motor esset in labore. Ex quibus habetur ꝙ fatigabilis est. Oppositum huius habetur. 8. physicę auscultationis. 78. & . 79. vbi fuit declaratum virtutes cœlestes nō esse materiales, nec fatigabiles. vnde ab omnibus concessum est ꝙ quęlibet virtus materialis est fatigabilis. ¶ Ad hoc respondet Auer. 2. cęli. 71. vbi mouet hanc questionem. & fundatur super duas rationes, & dicit, ꝙ verum est, ꝙ in cęlo nō est labor: quia quodlibet impedimentum nō est in rebus nisi propter materiam. hoc autem nō est in cęlo. Tamen cum intelligentię sint formæ, & quęlibet forma, siue sit in materia, siue nō, est finita in vigore. Quia ergo inter intelligentiam, & orbem est quędam contrarietas, quæ est inter actum, & potentiam: & est quędam proportio finita, ideo quanta velocitate appetit intelligentia mouere, tanta appetit orbis moueri. Ideo si alia stella adderetur in orbe planetę, tunc illa proportio cessaret. quia illa proportio consistit in indiuisibili. Sicut est in numeris. si ternario adderetur vnitas, non esset ternarius, sed quaternarius. ita est inter intelligentiam, & orbem quędam proportio in indiuisibili consistens: & tunc si variatur, tunc motum adderet super potentiam motoris: & tunc fieret ibi labor, & fatigatio. quia motum adderet super potentiam motoris. & tunc motor aut nō moueret, aut tanta velocitate nō moueret. quia declaratum est. 7. phy. ꝙ oportet vt potentia motoris superet potentiam moti, si debet fieri motus. Et etiam si cęlo posset fieri additio, tunc sequeretur, ꝙ corpus cęleste esset corruptibile. quia hoc proprium est corpori corruptibili. Et tunc sequeretur ꝙ ibi esset pena. Secunda ratio est. si cęlo posset fieri additio, tunc motus ille esset violentus. quia est tanta dependentia inter intelligentiam & suum orbem, ꝙ ad simplicem intellectionem intelligentiæ consequitur naturali desiderio suus orbis in motu. Si ergo orbi posset fieri additio, tunc nō obediret orbis intelligentiæ: sed esset ibi renitentia. & tunc nō esset ille motus eternus. Et sic patet qualiter Aristo. nō sibi ipsi contradicit. Videas tamen aliam cōcordantiam superius positam: vbi multa circa hanc materiam sunt posita. quæ quia ibi posui, ideo hic omitto.

Secunda ratio.

VTRVM COELVM SIT IN CORRVPTIBILE? CONCORDANTIA. XLVII.

ARisto. 2. cęli. 3. ait, corpus cœleste ingenerabile, & incorruptibile esse, & hoc pluries habetur ab ipso Aristo. Oppositum huius videtur innuere. 2 cęli. 51. vbi reddens rationem, quare orbes planetarum habeant vnam stellam tantum, assignabat hanc causam, quia mouentur ab octaua sphera motu diuerso a motu planetarum proprio. Dicit Aristo. ꝙ ex quo illa suprema sphera est corpus, & sphœræ planetarum corpora sunt. Cum ergo proportio corporis ad corpus sit finita, ideo si essent multæ stellæ in planetarum spheris, tunc variaretur proportio illa. Si ergo virtus cęli est finita, ergo cęlum aliquando finietur. & tunc sequeretur, ꝙ cęlum esset corruptibile. ¶ Ad hoc respondet Auer. 2. cęli. 71. vbi ipse mouet hanc questionem. Et ista questio est difficilis. & signum est, ꝙ in multis locis tangitur ab Auer. Ita ꝙ Ioannes grāma. credebat, hoc esse Achillem contra peripatheticos, ad probandum cęlum esse corruptibile, tamē (quicquid alij dicant) Auer. soluit hanc difficultatem: & distinguit de finitate. quia ad quæstionem multiplicem, nō est respondendum, nisi per distinctionem. Quia (vt inquit Boetius) ꝙ qui multiplicem quæstionem vt vnam interrogat, aut male, aut captiose interrogat. Ideo Auer. distinguit ꝙ quædam est potentia finita in qualitate: & quædam est potentia finita in tempore. Per potentiam finitam in qualitate, potentiam finitam in vigore, seu in virtute intelligit. Infinitum vero in tempore est, quod per infinitum tempus durat. Tunc ponit istas conclusiones. prima est, ꝙ omnia corpora cęlestia cōueniunt in hoc, ꝙ habent potentiam finitam in qualitate. i. in vigore: ita ꝙ nō possunt mouere nec in maiori tempore, nec in minori suum orbem. Et hoc tam loquendo de primo motore, q̄ etiam de alijs intelligentijs. quia quędam proportio inter potentiam motiuam, & potentiam mobilis, quæ in indiuisibili consistit. Tunc ponit secundam conclusionem, ꝙ ista corpora cęlestia diuersantur in suis motibus secundum diuersitatem naturarum mouentium, & motarum. Quia in minori tempore luna peragit motum suum, q̄ saturnus, aut sol. nō enim omnes intelligentiæ habent vigorem ęqualem, quia nō sunt æque perfectæ. Eodem modo de corporibus cęlestibus, vnum est perfectius reliquo. Ponit deinde tertiam conclusionem, ꝙ omnia corpora cęlestia habent potentiam infinitam in tempore. i. in duratione. quia demonstratum est ꝙ motus cęli ęternus est: & ꝙ corpora cęlestia ęterna sunt. quod autem omnia corpora cęlestia habeant potentiam finitam in vigore, probatur ab Auer. Et ratio est, quia omne mobile velocitatem terminatam habet: & hoc tam de mobilibus corruptibilibus, q̄ ęternis verificatur. Et ratio est, quia omne mobile, siue formam materialem habuerit, siue nō, habet magnitudinem finitam. Hoc demonstratum est. 3. phy. & . 1. cęli tractat a. de infinito, ꝙ omne corpus siue circulare, siue rectum: aut mixtum, aut simplex, est finitum in magnitudine. Et ratio est, quia omne corpus aut est actiuum, aut passiuum: actio autem & passio sunt terminatę. ideo quodlibet corpus finitum est. vnde in maiori quanto est maior virtus. Et quia posset quęri ab Auer. quia dictum est, quodlibet corpus habere finitatem vigoris, quæ ergo erit differentia inter corpora cęlestia, & corruptibilia. Dicit Co. ꝙ in corporibus cōpositis ex materia & forma, proprium est vt actio, & passio sint abscisę. i. finitę in tempore. Ita ꝙ nullum corpus materiale potest esse infinitum in tempore. Ratio est ex co. 39. 2. de cęlo. quia causa abscisionis, esse, & permanentiæ, est materia. Vnde vbicūꝗ est materia, nō potest esse nec actio, nec passio sempiterno. motus autem & accidentia cœlestis corporis eterna sunt: cum careant materia. Vnde actio virtutis materialis nō potest esse continua toto tempore. quia corpus cęleste est motum, ergo habet virtutem terminatam, & habet virtutem mouentem eterno tempore, quia nō mouetur a forma materiali. Ex his patet in cęlo nō esse potentiam finitam in duratione. ¶ Ex quo soluitur dubium, in quo dicebatur. Nulla virtus finita durat per tempus

Ad questionem multiplicē nō est respōdēdū nisi per distinctionē.

infinitum.cœleste corpus est tale ergo &c. Dicit Auer. ꝙ maior est falsa de virtute finita in vigore.quia multę sunt virtutes finitæ in vigore,quæ durant æterno tempore.quia.2.cœli.39.finitas vigoris conuenit formæ,inquantum forma.Si vero intelligatur de virtute finita in duratione,falsa est minor.quia cœlum habet virtutem infinitam in duratione.Et subdit Auer. ꝙ quando Aristo.probauit,ꝙ quodlibet corpus finitum debet habere virtutem finitam,intellexit de finitate vigoris,nō durationis.quia falsum esset de corpore cœlesti.cum ipsum sit incorruptibile.Et causa est,ꝙ quælibet virtus sit finita in vigore,quia quodlibet corpus habet finitatem in magnitudine.Et in primo cap.de sub.orbis facit hanc consequentiam.Si daretur aliquod infinitum in vigore,esset etiam infinitum in magnitudine.& propter hoc actio corporis cœlestis est finita in vigore.Et Ioannes grāma.errauit.quia ista quæstio est multiplex.quia aliud est finitum in qualitate,& aliud in quantitate.& ipse non distinguens,in errorem incidit.Et sic patet ꝙ contradictio cessat.

VTRVM MOTVS COELI CAVSETVR A DVOBVS MOTORIBVS REALITER DISTINCTIS: CONCORDANTIA. XLVIII.

AVer.in.1.cap.de sub.orb.ait.Non est dicendum ꝙ formæ,a quibus mouentur corpora cœlestia,sunt aliæ a formis,ad quas mouentur.& ꝙ illę quæ debent esse nō in materia omnino,& quæ carent situ,sunt formæ,ad quas mouentur.cum illę a quibus mouentur,sint formæ in materijs.Ex quibus verbis patet ꝙ motus cœli nō causatur a duobus motoribus realiter distinctis.Nam in illo libello vult clare Auer.contra Auic.ꝙ abstracta a materia moueant in duplici genere causæ,finalis.s.& efficientis. ¶ Oppositum huius videtur dicere super.12.meta.41.vbi ait.Motus cœli cōponitur(vt declaratum est)ex duobus motoribus:quorum vnus est finitæ motionis:& est anima existens in eo.& alter est infinitæ motionis:& est potentia quæ nō est in materia.Ex quibus habetur ꝙ motus ipsius cœli sit a duobus motoribus,realiter distinctis. ¶ Ad hoc respondeo,& dico ꝙ hęc apparens contradictio fuit in causa,ꝙ aliqui concesserunt Auer.in hoc sibi ipsi contrarium esse.quod valde absurdum est.magnus enim vir fuit in doctrina peripathetica.Gregorius vero Ariminensis volens ipsum saluare in.2.senten.dist.1.q.1.arti.2.dicit,eum
improprie fuisse loquutum in illa auctoritate.12.meta.Sed quia dicta Gregorij habent contra se aliquas difficultates:maxime con- Rñsio Gre
tra illud quod tenet,ꝙ primus motor respectu aliorum orbium,qui sunt sub orbe stellato,concurrit vt finis tantum.nam concurrit gorii Ari-
etiam vt efficiens,pro quanto omnes mouet motu diurno:vt ad longum alias deo permittente videbimus.Etiam incongruum vide- minensis.
tur de Auer.dicere,ꝙ in hac difficultate ardua improprie loquutus fuerit.nō enim magni philosophi mos est.Ideo aliter dicendum est,vt dicit doctissimus Zimara in theorematibus suis.& dicitur,ꝙ cœlum potest sumi tribus modi,vt dicit Auer.1.cęli.76.s.pro
toto cęlo,quod mouetur motu diurno.& pro toto mundo.& pro octaua sphera.Hac posita distinctione,dico ꝙ ex illa auctorita- Cœlum tri
te.12.meta.co.allegato,nō habetur in quolibet cœlo esse duos motores realiter distinctos.nam ibi cœlum capitur pro toto mundo bus modis
superiori.Sed secundum Auer.hoc modo ipsum cœlum accipiendo,habet duos motores realiter distinctos.Nam hoc modo potest du- sumi pōt.
pliciter cœlum considerari:& quo ad hoc,ꝙ ille motus est in tempore:& secundum ꝙ illi motus particulares sunt habentes determinatas mensuras adinuicem in velocitate,& tarditate:& sic proueniunt a motore efficiente motum:qui est prima forma,vt mouet vt effitiens primum orbem,& omnes alios,qui sunt sub eo,motu diurno.& omnes alij motores,qui sub eadem ratione sua mobilia mouent.proprijs motibus.Et quia omnes intelligentiæ sunt finiti vigoris,hinc est,ꝙ omnes mouent vt efficiens finito tempore in velocitate motionis:& nulla mouet in instanti.Et quia omnes,vt sic sunt,proprijs mobilibus applicatę,omnes dicuntur anima respectu sui orbis.vel quia formaliter inherent,pręter motorem primum,vt sentire videtur Alex.vel secundum ꝙ tenetur in via Auer.omnes intelligentiæ habent proprium orbem.& illæ,vt sic,dicuntur animæ.Prima autem intelligentia(licet immediate respiciat primum orbem,quia tamen etiam mediante illo respicit omnes alios orbes)potest dici forma abstracta,& separata:quia est forma cōmunis,& vniuersalis.Et licet(vt mouet)potest dici anima cœli,tamen(vt est causa finalis ab omnibus desiderata)sic est forma separata.quia vt sic,nō potius vnum respicit,q̄ reliquum.& vt sic est causa infinitatis in duratione.Vnde est,ꝙ motus cœli taliter sumpti sit infinitus in duratione:hoc principaliter depēdet a primo fine,& nō a particularibus finibus.Vnde,si p possibile,vel impossibile non esset iste finis cōmunis in actu,non esset motus æterno tempore simpliciter.Licet igitur quęlibet intelligentia in se considerata,mouet vt efficiens,& mouet vt finis,tamen finis vniuersalis,qui est idem cum primo motore,est,qui primo largitur sempiternitatem motus:& nō sunt fines particulares,qui sunt sub illo.Et ideo alius est motor,qui largitur simpliciter sempiternitatem,& alij sunt motores,a quibus motus proprij producuntur in proprijs orbibus : licet idem sit motor,qui mouet totum cœlum motu diurno. ¶ Et sic patet quo pacto in motu cœli sint duo motores realiter distincti.Et in libro de sub.orb.cap.primo loquitur Auer.contra Auic.ponentem in corpore cœlesti in vnoquoq; orbe animam imaginatiuam,quæ erat de numero animarum sensitiuarum,quæ existunt in materia,a qua effectiue producitur motus:sed intelligentia solum mouebat in ratione finis.Et sic patet qualiter Auer.non est sibi met contrarius,vt aliqui concedebant.Et hęc sufficiant.

VTRVM PRIMVS MOTOR DE MENTE AVER. SIT VIGORIS INFINITI: CONCORDANTIA. XLIX.

AVer.12.diuinæ philosophiæ.41.ait.Motus cęli componitur(vt declaratum est)ex duobus motoribus,quorum vnus est finitæ motionis,& est anima existens in eo:& alter est infinitæ motionis,& est potentia,quæ nō est in materia.Ex quibus habetur ꝙ primus motor est infiniti vigoris.Nam in dictis verbis ait,cœlum a duplici motore moueri:quorum vnus est finitæ motionis,& est anima eius,& est motor coniunctus.alius autem est infinitæ motionis.Manifestum est autem istos motores oppositas dispositiones penes finitum,& infinitum habere.Nec dici potest motorem coniunctum cęli esse finitæ motionis in duratione:quia nullus motor ibi est,qui per finitum tempus in duratione moueat.quia omnes cęli motores ęterno mouent tempore.Restat

igitur ꝙ motor coniunctus sit finitæ motionis in vigore:& separatus,infinitæ motionis in vigore.Oppositū huius habetur ab ipso Auer.2.cęli.38.vbi ait.Et ob hoc quidem necesse est,vt omnis motus naturalis,& voluntarius habeat velocitatem terminatam:quia omnis motus habet motorem terminatum.& si esset possibile inuenire velocitatem nō terminatam,tunc motor nō haberet potentiam terminatam.ergo nec naturam terminatam.& sic intelligerentur ex sua natura motores infiniti:& non intelligerentur ex suo esse res propriæ ei.Et hoc per plura media probat.Et parum infra in eodem co.ait.Et ideo credendum est,ꝙ potentiæ mouentium sunt terminatæ proportionis ad corpora mota:& ꝙ infinitas nō inuenitur in eis,nisi propter æternitatem.Et de toto reddit causam dicens.Causa.n.abscisionis continuitatis esse,& eius ęternitatis est materia.Cum ergo motor,& res mota ex illis abscinduntur a prima materia,nō abscindetur suum esse,neq; suum opus,quod est mouere,& moueri.Et quia causa in terminatione proportionis,quæ sunt inter potentias motorum,& rerum motarum ab eis,est diuersitas formarum,continget,vt hęc finitas sit cōmunis formis,quę sunt in materia,& formis,quæ nō sunt in materia.Et in co.39.eiusdem.2.dicit.Quoniam nos nō intendimus per infinitum,nisi infinitum motionis.i.ꝙ motio eorum nō cessat.infinitas autem intensionis,vt illic nō sit proportio inter potentiam motoris,& moti,impossibile est in formis,inquantum sunt formæ.Hoc etiam affirmat in co.63 eiusdem.2.de cęlo dum dicit.Et hoc quod diximus in hoc est manifestum ex rebus quas scripsimus ex primo motore.Iam enim declarauimus illic,ꝙ additio potentiæ motoris,super potentiam moti,nō est infinita nisi in tempore,& in æternitate motionis.neq; in velocitate,neq; in multitudine motuum,neq; in magnitudine corporum,& motuum multitudine,& velocitate motuum esset possibile inuenire motum nō in tempore,& corpus motum in infinitum:quod est impossibile.Et quod est possibile ex istis,nō est nisi motionem esse infinitam,secundum ꝙ dicitur,ꝙ potentiæ istorum motuum sunt infinitæ.Hoc etiam dicit in.8.phy.co.79.dum ait.Dupliciter enim potentiæ motiuæ po,sunt dici infinitæ:aut quia actio earum nunꝙ cessat:aut quia motio earum est tantæ velocitatis,ꝙ nō inuenitur magis.s.ꝙ illud quod ab his mouetur,velocius mouetur omni mobili.Quod autem aliqua potentia sit infinitæ motionis secūdum hunc modum,impossibile est:nisi motus possit fieri in instanti.s.ꝙ aliqua potentia sit,quę infinitam facit velocitatē in ipsum,quod mouetur.quanto enim maior fuerit motor,tanto motio eius erit velocior.Motores igitur siue materiales fuerint,siue nō materiales secundū hunc modum,conueniunt in hoc,ꝙ motio eorum sit finita.Deinde subdit ꝙ si ipsi cœlo inessent stellę plures,aut maiores:aut destrueretur motus eius,aut tardaret.Hoc clarissime atestatur ipse Auer.in libello de sub.orb.cap 3 dum dicit.Infinitum igitur in vigore,cuius causa est corpus,secundū ꝙ corpus,impossibile est in corporibus siue cęlestibus,siue alijs.Infinitum vero in tempore necesse est esse in corporibus cœlestibus,ex diuersitate motoris,& moti in eis,a corporibus generabilibus,& corruptibilibus & plura alia,quæ in illo cap.dicuntur.Vnde patet clare ꝙ mens Auer.fuerit,ꝙ primus motor in mouendo sit vigoris finiti.¶ Ad hoc dico,& ista quæstio est valde difficilis.& ipse met Auer.de hac re ambiguus fuit longo tempore,vt patet ex eius verbis.& conatus est fugere aliquando istam difficultatem.vt patet 8.physicę auscultationis.79 respondendo ad secundam quæstionem ibi positam.Nam illa responsio fuga est,& habet difficultatem clare contra solutionem primę quæstionis.Et ꝙ hoc sit verum patet.Nam in libello de sub.orb.aliam illius quæstionis solutionem posuit.Et illa auctoritas.12.meta.multos decepit.Intantum ꝙ tenuerunt de mente Auer.primum motorem esse infiniti vigoris.Et Thomas vius Cardinalis dixit in quæstione,quam fecit de infinitate primi motoris in fine,ꝙ omnes auctoritates Auer.in hac re,excepta illa.8.phy.qua dicitur nō esse virtutis finitæ,nec infinitæ,loquuntur de motoribus proximis,idest de animabus cęlorum.Et mirum est de isto doctore,qualiter talia dicat,& se ostendat sic modicum in doctrina Auer.exercitatum,dicendo ꝙ omnes auctoritates Auer.prĕter vnam in hac re debent intelligi tali modo:cum hoc minime inuenitur,si bene Auer.verba considerentur.Vnde aut Auerroim nō intelligit,aut fingit se nō intelligere.Ad propositum igitur redeundo dico quæstionem hanc difficilem esse.quod diuersitas opinantium ostendit.Tamen (quicquid alij dicant) mens Auer.est motorem primum finiti vigoris esse.Et pro solutione dico iuxta eius doctrinam.1.cęli.76.ꝙ cęlum tribus modis capi potest.quorū vnus est,quum cęlum pro toto cęlo,quod motu diurno mouetur accipitur.& tunc est simili vni animali,vt ait Auer.in libro destructionum disp.3.sol.18.dub.vbi dicit.Dicimus,ꝙ hoc est concessum ab omnibus philosophis:ꝙ corpus cęleste est simile vni animali:& suus motus diurnus,qui est cōmunis omnibus cęlis,similis est vniuersali motui locali eiusdem animalis.& motus particulares cęlorum similes sunt motibus particularibus membrorum ipsius animalis,Et est philosophis manifestum,quomodo in animali vna est virtus,ex qua fit vnum:& ab eadem omnes virtutes ipsius & ad vnum opus tendunt.s.regimen,& conseruationem totius corporis.Et hęc virtus colligatur cum virtute,a primo principio influente.Vnde si hoc necessarium est in vno animali.s.ꝙ vnam habeat virtutem spiritualem in omnibus suis partibus extensam,ex qua virtus,& membra illius,fiunt vnum & idem,& omnes eius virtutes fiunt vna & eadem:& operatio partium eius admodum similis est operationi partium animalis ad illud animal,sequitur ergo ꝙ oportet ꝙ sit vna hęc virtus spiritualis,ex qua colligantur omnes virtutes spirituales,& corporeę & est vnigenea,& extensa in toto vniuerso:alioquin nullus ordo sequeretur in hoc mundo.Vnde totum agregatum dicitur animal magnum.& animal corruptibile,ad eius instar,Microcosmos dicitur.i.paruus mundus.& apud philosophos est,& dicitur animatum nō propter aliam causam,nisi propter appetitum,& motum in loco,vt dicit ipse Auer.in libro de sub.orb.cap.1.Vnde sicut motus particulares in nobis,& omnes virtutes in nobis,ab vna principali virtute,quę est in corde,dependent,ita omnes cęlestes orbes,& sui motores,a primo dependent motore,qui mouet primum orbem motu diurno.Vnde Auer.12.meta.44.scribit circa id quod dictum est dubitando dicens.Sed quæret aliquis,quoniam si motus omnium orbium intendant eandem actionem,& eundem ordinem cōmunem omnibus,necesse est vt habeant eandem formam intellectam,extrinsecam a formis,quas intendit vnusquisq; per se.s.formis proprijs.erit igitur forma,quasi finis addita super formam propriam:erga quam mouetur vnusquisq; orbis aliorum orbium.¶ Et soluendo dicit.Dicamus ergo ꝙ nulla forma est quasi finis & cōmunis,& vniuersalis,nisi illa ex eis,quæ habet actionem cōmunem.& hęc est dispositio formæ mouentis primum cęlum motu diurno.Dispositio enim entium in iuuamento corporum cęlestium ad inuicem in creando entia,quę sunt,& conseruando ea,est sicut dispositio regentium bonorum,qui iuuant se ad inuicem in regendo bonam ciuitatem.quoniam omnes actiones eorum sunt erga actiones primi principis.ponunt.n.actiones suas seruientes.& consequentes actionem primi principis.quemadmodum igitur primus princeps in ciuitatibus necesse est,vt habeat actionem propriam,quæ est nobilissima actionum:& si nō,esset ociosus,quam actionem intendunt per suam actionem omnes,qui sunt sub primo principe.

Auer. ambiguus longo tēpore de hac q.

Thomas uius deripitur.

Omnes cœlestes & sui motores a primo dependent.

cipe. Quemadmodum igitur necesse est in istis principatibus, vt primus principatus sit: sicut est necesse in actionibus principum, vt prima actio sit. Et sic accidit in artificijs, quæ iuuant se adinuicem erga vnum artifitiale: & sunt illa quorum quædam sunt principiantia alijs, & omnia reducuntur ad vnum artifitium, verbi gratia quoniam plura artifitia seruiunt artificijs equitandi. Sic igitur est intelligendum de istis corporibus cum suis formis, a quibus mouentur: & de istis formis adinuicem, multum enim assimilantur artificijs, quę seruiunt sibi adinuicem, & quæ intelligunt adinuicem, sunt principia eorum, ex quibus accipiunt intellectum proprium, verbi gratia quia artificium frenificandi accipit sua principia ab artifice equitandi, & similiter alia artificia seruientia huic artificio. Differentia autem inter ista, & artificialia est, quia formæ artificiales mouentes artifices sunt in materia: istæ autem non. Ex quibus verbis Auer. aperte habetur ꝙ cœlum est vnum animal sempiternum, ex pluribus orbibus constans: & ex motoribus pluribus. & orbis primus est veluti cor in animalibus: quod membrum est principale. a quo dependent omnia alia membra. Et motor primus, primum mouens orbem, est tanquàm cordis anima: a qua omnes virtutes particulares profluunt in reliqua membra. Sicut igitur omnia membra cum corde colligantiam habent, & mouentur a motu, a corde profluente, tanquàm a fonte omnis motus, & principali principio: vt peripatheticorum princeps tenuit in secondo de partibus animalium, & in libro de sen. & sen. sic essentialem, & necessariam dependentiam a primo motore omnes orbes habent. & vltra motum proprium, motu diurno mouentur ad motum primi mobilis. Et sic motores mouentes alios orbes inferiores insequuntur, & intendunt primum motum primi motoris. & primus motor dicitur esse motor, qui est purus actus: in quo nulla prorsus est potentia. & dicitur motor separatus, quia nullus est adeo eleuatus a potentia, nullusꝙ est independens in mouendo, sicut ipse. Et quia omnium aliorum motorum respectu est sicut forma, & finis, qui mouet omnes alios motores aliorum orbium in ratione amati, & desiderati: & ille finis semper est actu coniunctus cum alijs motoribus: ideo sub hac ratione, est causa, ꝙ alij motores sempiterno tempore mooent. quia ibi secus est, quàm sit in motoribus materialibus, in quibus finis motus distinguitur a motore, & est in potentia: & ideo suum mouere est finitum: vt ait co. in libello de sub. orb. cap. 1. & . 2. & . 12. meta. 36. ❡ Ist igitur mens Auer. in auctoritate. 12. meta. 41. ꝙ motus cœli sit a duobus motoribus tali modo. Sumendo enim cœlum pro toto mundo superiori, sic ibi est duos motores considerare. motores. s. coniunctos suis orbibus. Qui (vt suos mouent orbes) sunt potentiæ finitæ, & vigoris finiti: & sic habent determinatas proportiones supra mobilia sua: & se inuicem in velocitate mouendi excedunt: vt clare Auer. ait. 2. cœli. 38 & . 39 & . 71. Et quia finitatem vigoris habent, hinc est, ꝙ in tempore, & non in instanti mouent. Et quia vna est minoris vigoris alia, vna velocius quàm alia mouet. Sed quia ꝙ æterno tempore moueant, est, quia sempiternum finem habent, semper actu mouentem in ratione amati, & desiderati. Et ideo iste finis dicitur forma, seu motor separatus, quia omnibus alijs motoribus communis est, & tanquàm omnium forma est. omnes enim tali ratione respicit, & non vnum tantum. Non est autem intelligendum ꝙ motu diurno non effectiue moueat talis motor suum orbem: immo vt sic mouet ipsum, & omnes alios inferiores orbes diurno motu. & vt habetur in. 3. de anima co 5. in solu. 3. quest. & in. 12. meta. co. 41. & in pluribus alijs locis. quia est maxime liberatus ab omni potentia, dicitur separatus, & dicitur separatus in ista ratione presertim, quia mouet, vt finis. quia finis est causa causarum causalitas enim finis est incausata. Et quia in ratione qua mouet vt efficiens alios motores: immo ipse met vt mouet, vt efficiens, pressupponit se ipsum in ratione finis, vt Auer. atestatur. 2. phy. 78. & isto modo iste motor est infinitæ motionis. i. vt mouet in ratione finis, est causa infinitæ durationis in motu cœli. Et hoc habetur ex eius mente in. 12. meta. co. 41. vbi multa dicit auctoritate Themistij. Et sic patet quomodo intelligitur auctoritas. 12. meta. 41. allegata in oppositum. Et patet qualiter mens Auer. est, ꝙ primus motor est vigoris finiti: & non in oppositum, vt aliqui dixerunt. & sic contradictio remouetur. Et hęc sint dicta de intentione Auer.

Quid accidit in artificiis.

Cœlum est vnum animal sempiternum.

Mēs auer. 12. met. 41

VTRVM MOTOR SIT DE CAVSIS INTRINSECIS? CONCORDANTIA. L.

Auer. 5. phy. 3. ait. Istę igitur ordo est istarum causarum, ex quibus constituitur motus. motus. n. constituitur in substantia eius ex istis tribus causis. s. de causis existentibus in eo, non extrinsecis. Et ideo non numerauit motorem, aut tempus, quia tempus est de accidentibus eius: & motor de causis extrinsecis. Ex quibus patet ꝙ motor de causis extrinsecis ipsius motus est. ❡ In oppositum est Aristo. 3. phy. 23. vbi ait. Motus est potentia actiui, & passiui inquantum huiusmodi. & etiam ibi Auer. Et ipse Auer. 12. diuinæ philosophiæ. 41. vbi reddit causam, quare in substantijs aliquid possibile ex se, non potest perpetuari ab alio: in accidentibus autem, sicut est motus, secus est, ait. Motus autem possibile est, vt necessarius ex alio sit possibilis ex se. & causa est in hoc, ꝙ habet esse ex alio. s. ex alio. Ex quibus habetur, ꝙ est de causis intrinsecis, & non extrinsecis. Zimara in tabula sua miratur de Auer. ꝙ dixerit in. 5. phy. 3. ꝙ motor sit de causis extrinsecis: & non saluat ipsum. Tamen (vt mihi videtur) respondendum est & pro responsione assumo doctrinam Auer. in. 3. phy. 23. ꝙ ipsius motus dantur tres diffinitiones ab Aristo. Prima est. motus est actus entis in potentia, secundum ꝙ in potentia. et habetur. 3. phy. 6. Secunda est. motus est actus mobilis, inquantum mobile. et habetur. 3. phy. 16. Tertia est. motus est potentia actiui, et passiui, inquantum huiusmodi. et habetur. 3. phy. 23. Et dicit, ꝙ vltima est notior alijs. et seconda est notior prima. licet prima magis ostendat substantiam motus: vt notauit Auer. 3 phy. 16. Et ratio est, vt etiam notauit Zimara in tabula, quia secunda quæ datur per mobile, inquantum mobile, est diffinitio materialis, quia subiectum motus formale est mobile, inquantum mobile, et non est ens in potentia, inquantum in potentia. licet mobile sit ens in potentia. Nam ratio illa est magis transcendens, q̄ naturalis. Quia autem subiectum comparatur ad accidens sicut materia: vt ait Auer. 4. meta. 2. ideo illa secunda, quæ proximū, et formale motus subiectum magis explicat, est materialis: et est notior quoad nos. Nam (vt ait Aristo. 4. phy. 104.) mobile est notius motu &c. Et Auer. 2. phy 32. vbi ait ꝙ motum est notius motu quo ad nos. Sed diffinitio prima magis demonstrat essentiam, seu substantiā motus, quia datur ꝑ potentiā, inquantū potentia. Quia autē ratio potentiæ est de cōstituentibus motus quiditatē. nā Ari. venādo motus quiditatē a priori ꝑ diuisionē entis ꝑ potentiā, et actū, et alias diuisiones, vt patuit in tex. 3. et. 4. cōcludit, ꝙ impossibile est motū in alio genere collocare, q̄ in genere actus imperfecti: quę

Mot' tres diffinitiones dāturꝰ

est actus permixtus potentiæ:vt patet in tex.12.& .14.Quia igitur quiditas motus in actu imperfecto consistit:& talis resultat ex potentia permixta cum actu,ideo potentia,quæ apparet in prima diffinitione magis pertinet ad motus substantiam.& mobile,quod apponitur in secunda diffinitione magis pertinet ad materiam.Et secunda est notior quo ad nos:sed prima est notior quoad naturam.Et prima est potius metaphisicalis sic absolute considerata.quia omnes partes eius sunt termini transcendentes.Et secunda est naturalis,quia datur per materiam sensibilem:quia per mobile,inquantum mobile.tertia autem est notior alijs vt dicit Auer. propter quæstionem contingentem.vtrum motus sit in motore,aut in moto.Hoc stante dico ꝙ Auer.quando dixit ꝙ motor non est de causis intrinsecis motus,nō intellexit absolute.quia memor erat illius quod dixit.12.meta.& .3.phy.sed intellexit,ꝙ erat motor de extrinsecis causis.s.quo ad diffinitionem integratam ex notioribus quo ad naturam.s.ꝙ in tali diffinitione non ponitur motor. Vnde motor nō est de tali diffinitione:nō tamen negat ob hoc,ꝙ sit de diffinitione data ex notoribus quo ad nos.immo de facto ponitur ab Aristo.in.3.phy.Et ideo Auer.dixit sic simpliciter,ꝙ est de causis extrinsecis.quia in doctrina ordinata attenduntur ea, quæ sunt secundum naturam.licet ad ea deueniamus per nobis notiora.Et sic dubium remouetur.

Intentio Auer.

VTRVM RES AETERNAE HABEANT EFFICIENTES: CONCORDANTIA. LI.

AVer.4.cœli.1.dit.Res.n.æternæ nō habent agens,nisi secundum similitudinem,neq; habent ex quatuor causis,nisi formalem,& finalem.& si habuerint aliquid quasi agens,non erit nisi in quantum est forma illi,& conseruans ipsum.Et non solum ex hoc loco,sed ex multis alijs habetur ab Auer.ꝙ res æternæ non habent efficientem.❡ Oppositum huius habetur ab Auer.in libro destructionum disp.3.fol.18.dubij vbi ait.Amplius declaratum est a philosophis,ꝙ illud quod dat entibus separatis a materia finem,est illud quod dat eis esse.forma enim,& finis sunt vnum & idem in hac spetie entium.ergo illud quod dat finem entibus,illud met dat formam,& illud quod dat formam est agens:ergo quod dat finem huic,etiam est agens.Hoc etiam in multis alijs locis habetur ab Auer.❡Ad hoc respondetur.& sciendum est ꝙ ista per ordinem se habent.natura,anima, intellectus,deus.Res æternæ causam efficientem naturalem nō habent.i.quæ efficit per modum naturæ.proprietas autem efficientis naturæ est,ex.12.meta.44.& .18.12.ꝙ agens naturale extrahit rem de potentia,ad actum per transmutationem,& motum. Agens quoq; naturale tempore precedit actum,& proprie dicitur principium.Ista distinctio est Auer.2.cap.de sub.orb.Agens est dupliciter.Vnum quod tempore pręcedit actum.Aliud est quod natura pręcedit actum.Hac posita distinctione,ponuntur duæ conclusiones,ex quibus omnes Auer.auctoritates,quę videntur diuersæ circa hoc,conciliantur.Prima est.res æternæ nō habent agens naturale isto modo,ꝙ tempore pręcedat actum.secunda est.Res æternæ habent causam agentem,quę natura pręcedit actum. Auer.in.2.cap.de sub.orb.dicit,ꝙ si intelligentia nō esset,esset de orbe,sicut de motu eius.Ergo sicut motus dependet ab intelligentia,ita etiam substantia eius.Contra orbis nō est compositus ex materia,& forma:ergo nō habet principium intrinsecum,quo potest deficere.quia sunt formaliter necessaria de se.secundo cœli.60.dicit,ꝙ propositiones,quæ dicuntur de corporibus cœlestibus,equiuoce dicuntur cum generabilibus,credimus ꝙ sicut est in creaturis,ita sit in deo.& hoc decipit nos.❡Dico igitur ꝙ licet ab intrinseco orbis sit necessarius,& nō possit desinere esse,tamen posset desinere esse ab alia causa:quia dependet a prima intelligentia in genere causæ formalis,& finalis,a qua dependet in esse essentialiter,& in genere causæ efficientis non naturalis:quia non producuntur per transmutationem.Et ita bene Auer.dicit,ꝙ si secludatur intelligentia ab orbe,ita esset de orbe,sicut de motu. Et Ioannes Gramma.primo de generatione.29.ex intentione Alex.dicit,ꝙ efficiens est duplex.vnum est naturale.aliud autem est supra naturale.Res ergo æternæ nō habent causam agentem,quæ tempore pręcedat actum.ideo dicitur esse agens secundum similitudinem:quia est conseruans ipsum:& genus causæ conseruantis reducitur ad causam agentem.❡ Dico igitur ꝙ auctoritas.4 de cœlo,& omnes illæ,ex quibus habetur,ꝙ res æternæ nō habent efficientem,loquuntur de agente,quod pręcedit tempore suum causatum,& quod vere efficit:& tale agens non est in abstractis.Aliæ vero dicentes oppositum,intelliguntur de causa efficiente,quæ efficit:& in efficiendo nō pręcedit tempore,sed natura.Et sic cessat oppositio,quicquid alij dicant ad hoc,mens enim Auer.est,ꝙ res æternæ habent causam modo declarato.❡Sed arguitur.si cęlum dependeret ab intelligentia effectiue,sequeretur, ꝙ ex se possibile,ab alio esset necessarium,consequens est contra Auer.8.phy.79.Consequentia probatur.Nam Auer.12.meta.41. dicit,ꝙ ista distinctio.s.necessarium ab alio,& possibile ex se,solum reperitur in motu cœli.Et reddens causam istius inquit,quia motus est ab alio:sed substantia habet esse ex se.Patet autem,ꝙ motus habet esse ab alio effectiue.Substantia igitur cœli,si est necessaria ex se,hoc est,quia habet esse ex se,pro vt li ex se dicit priuationem causæ efficientis.nam aliter ratio Auer.ibi non procedit. ❡Ad hoc respondetur.& pro ampliori notitia est sciendum,ꝙ aliquod possibile ex se.nō posse perpetuari ab alio,habet locum in substantijs:fallit autem in accidentibus.sicut est instantia de motu cœli,vt placet Auer.12.meta.41.Et ꝙ sit vera in substantijs,nō autem in accidentibus,ratio diuersitatis est.quoniam si aliqua substantia ex se ens possibile esset,hoc ratione principij passiui intrinseci,quod materia est,retinet.per ipsam enim res potest esse,& nō esse.7.meta.22.& .53.tali autem potentiæ passiuæ,ꝙ in natura correspondeat actiua potentia necesse est.in omni.n.natura,in qua est dare principium,quod est omnia fieri,est dare etiam principium,quod est omnia facere.3.de anima,17.sic enim intelligentiam agentem necessario probat.Vnde ex hoc fundamento dixit Auer.12.diuinę philosophię.18.ꝙ omnes formæ sunt in potentia passiua primæ materiæ,& sunt in actu in primo motore,quia in eius actiua potentia sunt.vnde per actiuam potentia passiua diffinitur.Et ideo si potentiam ad non esse aliqua substantia haberet si ad actum illa potentia non deduceretur, tunc frustra esset illa potentia ibi, vt bene deducit Auer. primo cœli.20. potentia enim passiua primæ materiæ est contradictionis: quia per illam res potest esse, & non esse indifferenter, & talem confestim sequitur contrarietas, vt ait philosophus in de longitudine & breuitate vitæ: & vt dicit Auer. in de sub. orb. cap. primo. Declaratum est, ꝙ causa corruptionis entium, & factionis eorum, est contrarietas existens in suis formis:& commune subiectum, quod nullam habet propriam formam: sed est in potentia recipiens numerum secundum formas diuersas numero, & quę sunt secundum magis & minus. Possibilitas ergo in substantijs compositis est ex necessitate: vt ait Auer. in

Natura,anima,intellectus,deus,per ordinem se habent.

Possibile ex se nō posse ab alio perpetuari ualet in substantiis.

prologo phy.de morte,& corruptione.& propter causam prędictam talis haud potest impediri. Motus autem cœli,cum accidens successiuum sit,intrinsecum principium passiuum,per quod possit nõ esse,nõ habet.quia formæ simplices accidentia sunt:& materiam,ex qua constant nõ habent:sed solum habent materiam in qua.i.ipsum subiectum. Sed possibilitas ipsius motus est ex extrinseco:quia habent contrarium ipsam quietem:quia motui,inquantum motus,contrariatur quies. Et ideo motus,cum sit accidens successiuum,totum suum esse dependet ab ipso motore. Et quia motor est intelligentia,quę inuariabiliter,& sempiterno mouet,ideo motui permanentiam ipsa intelligentia largitur. ℭ Hoc posito,dico ad argumentum,vt dicit Zimara,ꝙ argumentum imaginatur ꝙ ratio,propter quam motus sit ex se possibilis,& ab alio perpetuabilis,est,quia dependet ab alio effectiue.hoc autem falsum est,& contra Auer.ibidem. Nam motus cœli nõ habet possibilitatem essendi,& nõ essendi a motore:quia tunc ab eodem haberet esse possibile,& necessarium.quod absurdum est. Et ideo dicitur,ꝙ motus est possibilis ratione sui contrarij,quod est quies.quia motus, inquantum motus,in genere sumptus habet contrarium ipsem quietem. Ista autem contrarietas,cum sit extrinseca,per agens extrinsecum impediri potest,vel merito subiecti,in quo recipitur.multa enim contrariantur in inferioribus,quæ nõ contrariantur in superioribus. Et ideo motus cœli,inquantum motus,est ex se possibilis:& vt sic nõ repugnat sibi nõ esse:quia vt sic nõ caret contrario.tamen potest ab alio perpetuari. Et causa propter quam ab alio perpetuabilis est,est quia dependet in esse ab alio.& hoc habet inquantum talis motus est:cui vt sic nihil debet contrariari:teste philosopho.2.cœli. Et sic debet intelligi dictum Auer.dum dicit. Motus autem cœli possibile est,vt sit necessarius ab alio,& possibilis ex se.& causa in hoc est,quia esse habet ab alio,& possibilis ex se.& causa in hoc est,quia esse habet ab alio. Li causa in hoc debet refferri ad illud videlicet causa propter quam est perpetuabilis ab alio,est,quia dependet in esse ab alio:& nõ ad illud,videlicet.ꝙ sit possibilis ex se. Vnde motus cœli dupliciter considerari potest. Vno modo secundum genus:inquantum motus est. Et vt sic motus cęli ex se id est in ratione motus,est possibilis quia vt sic,nõ repugnat sibi contrarium habere:Sed ꝙ sit ab alio perpetuabilis hoc habet pro quanto consideratur,inquantum talis motus. Et ꝙ motus cœli sit talis,nõ habet esse effectiue,nisi ab intelligentia quę semper idem facere apta est. Materiale autem dependet a cęlo (vt patet.) Sed in substantijs nõ est sic. Nõ.n.est reperire substantiam possibilem ex se:& perpetuabilem ab alio:quia merito materiæ,est possibilitas essendi in substantijs,quæ est principium intrinsecum:& subiectum contrarietatis:& priuationis. Et talis possibilitas extrinsece impediri nõ potest,vt nõ deueniat ad actum.formaliter igitur respondendo,dicitur,ꝙ adequata causa,propter quam cœli motus sit ex se possibilis,& necessarius ab alio nõ est:quia habet esse effectiue ab alio,sicut aduersarius imaginabatur: ideo argumentum nõ concludit. Hæc sufficiant.si plura vis videre circa hanc quæstionem vide Zimaram in quæstione de triplici causalitate.

Responsio ad argumẽtũ secundũ zimaram.

VTRVM IN DOCTRINA DEMONSTRATIVA POSSIMVS PROLOGO VTI? CONCORDANTIA. LII.

AVer.3.de anima.14.&.1.phy.8.videtur innuere,ꝙ sermonibus rethoricis nõ debemus vti in doctrina demonstratiua. Oppositum huius facit Auer.in principio phy.vbi facit prologum,qui sermo rethoricus est. Quod autem sermo rethoricus sit ille prologus.patet:quia est sententia Aristo.in primo rethoricorum,ꝙ tria contemplatur prologus.s.facere auditorem docilem,beneuolum,& attentum:& in illo prologo ista efficiuntur. Nam intentio,diuisio,nomen libri & auctoris,reddunt auditorem docilem. Ex vtilitate,fit beneuolus. Quando vero agitur de proportione,facit auditorem attentum. ℭ Ad hoc faciliter respondetur,quia solutio habetur ab ipso Auer.in proprijs verbis aductis in.3.de anima.14.&.1.phy.81.&.4.phy.84.&.3.de anima.6.vbi habetur,ꝙ sermones rethorici nõ sunt visitandi in doctrina demonstratiua,vt synonymis,& exemplis,nisi quando res difficiles sunt,vt nõ possint intelligi,nisi in comparatione. Vnde rethor non vtitur prologo,nisi ad vsum politicæ. Sed philosophi non vtuntur prologo propter istam intentionem,sed propter scire,quia sicut dialectica dicitur scientia cõmunis,& tamen locis dialecticis,aliter vtitur dialecticus,quam alius artifex,vt.1.cœli.82.dicit Cõmentator.ꝙ per fidem debemus intelligere demonstratiuam rationem. Vnde Auer.2.topicorum.26.dicit,ꝙ eadem regula potest esse demonstratiua,& topica. Igitur & philosophus potest vti prologo ad aliud propositum. Et sic tollitur dubium.

Sermones Rhetorici quando ueniunt i usũ in doctrina demonstratiua.

VTRVM IN PRINCIPIO LIBRI OCTO CAPITA PRAEMITTANTVR? CONCORDANTIA. LIII.

AVer.in principio sui prologi phy.dicit,ꝙ in principio libri octo capita præmittuntur,quæ ibi numerantur. Oppositum huius facit Aristo.in suo prohemio de physica auscultatione,vbi tria facit, (vt dicit ibi Auer.in fine cõmenti quinti,) vbi ait,iste igitur est prologus libri,& continet intentionem & ordinem eius,& modum doctrinæ demonstratiuæ. Ad hoc dicitur breuiter,ꝙ Aristo,ex octo capitibus,quæ Auer.nominat adduxit solum ea quæ erant simpliciter necessaria. Et sic patet solutio.

VTRVM GENERA DEMONSTRATIONVM SVNT TRIA VEL DVO? CONCORDANTIA. LIIII.

ARisto.primo poste.cap.13.& per totum illum librum,non ponit nisi duo genera demonstrationum.s.quia,& propter quid. Ex quo appatet tantum duo esse demonstrationum genera. Nam si præter ista duo, aliud esset, illud Aristo. haud

dereliquisset maxime in necessarijs. Nam vt dicit Auer. in prologo phy. has tres artes inuenit, & compleuit. Oppositum huius habetur ab Auer. in prologo phy. vbi ostendens viam doctrinæ, enumeratur triplex genus demonstrationum. s. demonstratio signi, seu quia, & demonstratio propter quid, seu causæ tantum, quod idem est, & demonstratio simpliciter, seu demonstratio dans causam, & esse, quod idem est. Hoc etiam ipse dicit. 2. de physico auditu. 22. Ad hoc respondeo, & dico, ꝙ sunt nonnulli, qui dicunt, (vt fuit Ioannes hyspanus, & alij,) ꝙ demonstratio causæ tantum, & demonstratio causæ & esse differunt accidentaliter, & respectiue non autem essentialiter, Et ostendunt hoc modo dicendo, ꝙ vna met demonstratio potest esse causæ & esse, & causæ tantum, ergo non differunt essentialiter. Probant assumptum, si fiat vna demonstratio a priori, & contingat huic cognouisse effectum esse, ista non erit demonstratio simpliciter huic, sed causæ tantum, quia aliunde acquisiuit effectum esse. quod si eadem demonstratio fiat alteri ignoranti effectum esse, cum per eam acquirat esse effectus, & propter quid, erit illi demonstratio causæ & esse. Ergo ista demonstratio formaliter est eadem, sed diuersa est, respectu diuersorum, ergo iste demonstrationes sola differētia accidentali differunt. ergo tota differentia dependet ex parte nostri. Vnde demonstratio causæ à priori de se nata est a generare propter quid ita sit, & ita esse. Et ita accidit ꝙ ratione vnius ostendat propter quid tantum, & ratione alterius, propter quid & esse. Et hoc accidit ratione passi dispositi. Isti ergo sic possent respondere ꝙ licet de demonstratione propter quid Aristo. nō fecisset mentionem, non tamen propter hoc fuisset diminutus, nec Auer. illi contradiceret, quia ista differentia est solum accidentalis facta respectu passi, & ita de hac non oportuit Aristotelem fecisse precipuum sermonem, quem tamen Auer. fecit tanquam fidus interpres. Sed quia cōtra istos expresse est doctrina Auer. 1. post. cap. 95. in magna Cōmentatione, inuenietis istas demonstrationes specie differre. Vbi Cōmenta. ait, demonstrationes causarum tantum sunt quæ componuntur ex Causis qua inferunt necessario causata esse, & causata non inferunt eas. Tales autem demonstrationes sunt per causas extrinsecas. Testis est philosophus. 2. phy. 37. quo fit vt demonstrationes potissimæ specie differant a demonstrationibus causæ tantum. Quoniam istę per causas intrinsecas ostendunt, illę vero per causas extrinsecas: & hoc in permanentibus, quoniam in successiuis vt in eclipsi est propter quid, & quia, cum eius esse sit in fieri ab extrinseca causa, quæ eclipsis cum sit successiua illa causa extrinseca fit ei intrinseca. Cum hoc tamen concedo demonstrationem propter quid, & quia fieri propter quid tantum accidentaliter (sicut dictum fuit supra.) Sed ex natura rei differunt essentialiter. Hanc etiā sententiam colligere possumus cōmento. 100. eiusdem magne cōmentationis a principio. Et ideo ad contradictionem aliter respondeo, (& quicquid alij dicant) scio enim multos ex modernis aliter soluere. Et dico ꝙ Auer. nō contradicit Aristoteli ponendo demonstrationem propter quid, nec Aristo. circa hoc fuit diminutus, immo Aristo. fuit inuentor illius demonstrationis non autē Auer. quod hoc sit verum videas Aristo. in. 2 poste. cap. 2. ad medium capitis vbi dixit ꝙ habito quia, & contingit quærere propter quid est ergo aliquod instrumentum, quo notificetur propter quid habito ipso quia. ergo illa erit demonstratio causæ tantum. Dixit enim Aristo. ꝙ sicuti possumus habere ꝙ sit, & quærimus quid sit, ita etiam possumus habere ꝙ sit effectus, & quærimus causam propter quid, ergo Aristo. fuit inuentor illius, & non Auer. & non ne illæ quatuor quæstiones sunt separatæ: ergo poterit separari demonstratio propter quid a demonstratione quia. Et ita errant tenentes hoc fuisse inuentum Auer. & sic tollitur dubium. ¶ Sed quoniam hęc res valde vtilis est, oportet pro enucleatione aliquod scribere secundum, mentem optime Auer. exponentium, & non illorum qui suum intellectum in sophismatibus posuere, & nō in vera Aristotelis doctrina suiq; Cōmentatoris græcorumq; expositorum. Licet hæc pestis a nobis secundum maiorem partem (& si nō penitus) sit exclusa. Et precipue in hoc almo Patauino studio consumabant. n. isti totam vitam in calculationibus & nugis quę omnia figmenta, & a vera doctrina remota erant. & multi fuere vsq; ad mea tempora qui iudicabant ignaros omnes esse qui has nugas nō sequebantur. Sed ego plurimum debeo doctissimis ac excellentibus viris Reuerendo magistro Ioanni Petro Cortesio Siculo Netino sacræ Theologiæ doctori ordinis prædicatorum: & magnifico Domino Francisco Castro nouo Siculo nobili Messanensi artium & medicinę doctori pręceptoribus meis qui me a teneris annis ab hac caligine remouere. Dico igitur ꝙ Auer. 2. cœli. 35. ait demonstrationes in quibus itur ex notiori ad Latentius. si igitur notius fuerit posterius, demonstrationes erunt quia. Et si notius fuerit prius, erit demonstratio absoluta, quæ dat causam & esse. Et si Latentius fuerit causa rei quam suum esse, erit demonstratio propter quid tantum. Sic enim littera hęc Auer. legitur a Zimara in sua tabula. Licet cōmuniter aliter inueniatur tamen idem dicit sed obscuriori modo. Et nullibi ita clare distincteq; loquitur Auer. in philosophia de hoc triplici demonstrationum genere. quod via doctrinæ ab ipso appellatur in prologo physicarum auscultationum sicut hic. Demonstratio autem signi seu quia, fit vno modo, quando esse causæ demonstratur per esse effectus, vbi esse effectus fuerit notum, & esse causæ latuerit. Vt si per eclipsim terræ interpositio demonstratur. Tunc enim effectus notior est sua causa. Alio modo fit ista demonstratio. (licet Auer. in presenti loco de hoc nō meminerit) quando esse effectus ignotum & per aliquod signum demonstratur illud esse. vt si ex hoc quod est vmbram non facere, demonstramus lunam eclipsatam esse, vt philosophus ait in. 1. poste. Alio modo fit demonstratio quia siue signi, quando demonstramus per causam remotam vt dicit Aristo. in. 1. poste. cap. 13. dum ponit differentiam inter demonstrationem quia, & propter quid. Fit etiam demonstratio signi, quando demonstramus aliquod demonstratione ducente ad impossibile. (sicut dicit Auer. 1. cœli. 95.) vbi ait & differt hæc demonstratio a demonstratione prædicta in hoc. s. ꝙ ista demonstratio est propter quid, prima autem quia, aut demonstratio ducens ad inconueniens. Demonstrationes autem ducentes ad impossibile sunt generis signorum. hæc ibi, Fit etiam demonstratio signi si demonstramus aliquod demonstratione data per causam efficientem secundum doctrinam Auer. in. 1. poste. in cōmento magno. co. 34. Demonstratio vero propter quid, vel demonstratio causæ tantum vocatur illa quæ a priori quidem procedit, sed non ad concludendum effectum esse sed est vbi esse effectus, & inhærentia passionis in subiecto est per se nota, sed est ignota quo ad propter quid illius. & datur pulchrum exemplum in. 8. phy. 65. vbi demonstratur propter quid est ꝙ si duo mobilia æqualis velocitatis mouerentur super ęqualibus spatijs, isto modo, videlicet. quod vnum mobile pertranseat totum spatium semel, aliud vero pertranseat medietatē illius spatij bis: citius pertransit primum mobile totum spatium, quam secundum medietatem iterato pertranseundo ipsam. Hoc enim ꝙ ita sit est euidens ad sensum sed ignoratur eius causa, & est, quia inter motus iteratos cum sint contrarij, accidit quies media, & ideo est ꝙ tardius secundum pertransit bis medietatem quam primum pertranseat totum, quia motus eius est continuus, sed motus secundi est intercissus per quietem mediam. Vbi Auer. in cōmento. 65. expresse ait illam demonstrationem esse causæ tantum, quia

solum

Opinio hyspani d differentia demōstrationum.

Ad contradictionē.

De triplici demonstrationū genere.

solum facit noticiam de propter quid effectus, nō de esse effectus, quia tale erat per se præcognitum ante demonstrationem, & ad nota per sensum nō indigemus demonstratione vt Auer. ait. 4. phy. 1. Et est notandum ꝙ ideo hoc genus demonstrationis, vocatur demonstratio propter quid. siue causæ tantum, quia per tale genus non vtraqꝫ quæstio absoluitur, vt de alio genere nunc dicetur, sed vna tantum quæstio propter quid. Demonstratio vero simpliciter seu demonstratio dans causam & esse, vocatur illa, quę a priori sic procedit, ꝙ quando esse effectus & propter quid eiusdem, latuerit, ita ꝙ effectus, seu passio demonstranda, (quæ sunt natura posteriora subiecto & sua causa) sunt ignota tam quo ad quæstionem quia est, quam quo ad quæstionem propter quid, & causa fuerit notior, tunc per illam notiorem causam, simul & semel demonstratur vtraqꝫ quæstio de effectu, videlicet, & quo ad quia est, quæ quærit de inhærentia simplici eius in subiecto, & quo ad propter quid est quæ est quæstio de causa illius inhærentiæ, & ista est demonstratio absoluta seu demonstratio simpliciter seu demonstratio dans causam & esse, & a modernioribus dicitur demonstratio potissima. Et ista est quæ principaliter intenditur in libro posteriorum. (sicuti Auer. in co. magno & omnes græci expositores dicunt) & Themistius in. 2. poste cap. 2. eandem sententiam scribens ait, hoc enim demonstrationis illius potissimæ ingenium est, vt cōmuni exanime vtramqꝫ absoluat cognitionem & vt sit & quam ob rem sit. Hinc patet quam falsum sit illud quod Ioannes Andegauensis in quæstione. 3. 12. metha. vbi ait. Vnde cōmentator forte intellexit per demonstrationem simpliciter demonstrationem quæ est per causas remotas. Licet dicat forte tamen nescio quo pacto talis vir in doctrina Auer. exercitatus potuit hoc dubitare forte enim non vidit cōmentum 35. de cœlo, aut si vidit oblitus fuit ex illo enim loco habetur ꝙ demonstratio simpliciter, non est demonstratio per causam remotam, immo est demonstratio potissima si bene eius verba inspiciantur, & alia dicit ibi Ioannes quæ sunt castigatione digna circa hanc materiam in illa quæstione vt a doctissimo Zimara in margine notatur, Et hęc sufficiant.

Cōtra Io. Andegauē sem.

VTRVM REGRESSVS IN SCIENTIA DETVR? CONCORDANTIA. LV.

ARisto. in. 1. poste. ait. Circulo quoqꝫ ꝙ impossibile sit demonstrare simpliciter manifestum est, & Auer. ibi. Et in cōmento magno. Ex quibus patet, ꝙ in scientia non potest dari regressus, quia circulus in illo cōmitteretur. Nam processus ab effectibus ad causas, & a causis ad effectus esset. Oppositum huius habetur ab Auer. 1. de anima. 11. vbi ait cum dubitauit a quo debet incipere dominus istius artis. Vtrum, a posterioribus ad præcedentia, aut econuerso, incepit notificare ꝙ vtraqꝫ via est cōmunis in scientijs, & in vsu earum, quoniam quamuis sit magis famosum ire de posterioribus ad priora, tamen aliquando ibitur de præcedentibus ad posteriora, & . 8 phy. 50. ait in prima enim probauimus ex motu æterno motorem esse, qui non mouet, hic autem probauimus, ꝙ motus æternus est, ex hoc ꝙ motor qui non mouetur est, & cum iste duæ vię fuerint coniunctę tunc firmior erit scientia. & in. 6 phy. 12. dicit sed prima cōsequutio, est cōsequutio præcedentis ex posteriori. 2. vero est posterioris a priori. Et ideo in hac declaratione non est contrarietas. (vt existimant quidam) & in eodem. 6. cōmento. 15. dicit & ideo incepit primo declarare consequutionem signi ex causa. deinde consequutionem causæ ex signo, & in. 8 phy. 53. ait post aliqua ad hoc. scientia quæ breuitatis causa omitto. secundum ꝙ est consuetudo in hac scientia. s. procedere de posterioribus ad priora in. 1. & post dare de prioribus causam posteriorum. Vnde apparet ex omnibus his in scientia regressum dari. Ad hoc respondeo & dico ꝙ in hac re multæ sunt opiniones virorū illustrium ex quo difficultas in re ostenditur. Aliqui negant in scientia regressum dari. Et hanc opinionem Petro Pomponatio attribuebant, sed hoc nō est verum quia ille excellens vir hoc nō dicebat. Nam ego dum essem Paduæ, cum præstantissimo atqꝫ doctissimo viro domino Ioāne Petro Peccoro de guarnerijs siculo placiensi meo conciue vidi lecturam ipsius Pomponatij super libris de physica auscultatione. & ait in quadam quæstione de regressu habita super prologo Auer. ꝙ ista opinio ipsi imponebatur. s. ꝙ regressus nō datur. tamen sua non est, sed verum est ꝙ fuit opinio sui pręceptoris Magistri Francisci de Nardo methaphisici illa tempestate primarij. hoc etiam affirmabat Perillus bonus siculus placiensis artium & medicinæ Doctor Pater meus, qui fuit discipulus ipsius Pomponatij, dum esset Paduæ in quibusdam annotationibus super prologo magno phy. Vnde talis opinio ipsi Pomponatio falso imponitur. Sunt aliqui qui dixerunt ꝙ datur regressus, tamen nō in eodem genere syllogismi, sed primus processus. s. quo syllogizamus causam aliquam per effectum dixerunt ꝙ est demonstratiuus. Secundus autē quo procedimus a causa ad effectum, est syllogismus tantum, & nō demonstratio. quod primus processus sit demōstratiuus hoc supponunt. quod autem secundus nō sit demonstratiuus, probant hoc modo, & dicunt, ꝙ si secundus processus esset demonstratiuus, tunc causa esset notior eo effectu per quem est inuenta, aut ergo solo intellectu est facta notior, aut effecta est notior per intellectum auxilio sensus, nō solo intellectu, quia tunc intellectus posset aliquid intelligere, & ad aliquam noticiam peruenire, sine sensu, contra peripateticos. Si ex auxilio sensus, cum sensus sola accidentia cognoscat tunc mediante cognitione accidentium intellectus causam certiorem faceret. Et sic iterum per processum quia. Illa enim accidentia adhuc effectus sunt illius causæ, & sic probant suam intentionem. Sed isti ostendunt se nullo pacto hanc quæstionem intelligere, nam clarū est doctrinam Aristo. Auerroisqꝫ sequenti ꝙ vterqꝫ processus tam primus quam secundus demonstratiuus est, licet nō eodem modo, sed modo quo inferius dicetur, & nō primus tantum immo per oppositum secundum Aristo. primus processus nō est simpliciter demonstratiuus, quia nō generat scire simpliciter in posterioribus definitum, quod est rem per causam cognoscere propter quam res est. Vnde demonstratio quia nō est demonstratio, licet sit demonstratio quia. Vnde Themistius in. 2. poste. cap. 30. inquit nullum inconueniens sequitur, si causa cum sua conclusione retorqueri dicatur, nec enim eadem ratio reciprocandi vtrinqꝫ est, sed cum ab euentis ad causam subitur sillogismus tantum vocatur, cum econtrario est absoluta demonstratio. Vnde Themistius & græci primum processum habito respectu ad alia genera demonstrationum illum nomine demonstrationis non nominant, sed syllogismi tantum. Præterea contra eos est Auer. qui ambos processus vocat demonstratiuos, licet primum demonstrationem quia dicat, & nō simpliciter. Nō enim a Themistio & ab alijs in hoc dissentit. Ad probationem autem patebit responsio nunc nunc Cum veritas dubij declarabitur. Sunt alij qui tenent regressum impossibilem esse in scientijs nisi respectu diuersorum hominum. & ratio ipsorum est, quia impossibile est ꝙ respectu eiusdem hominis sit notior causa, & effectus. Respectu tamen diuersorum hominum non inconuenit. Sed contra ipsos est auctoritas expressa ipsius

Aliquorū opinio.

Themistius.

Alia opinio.

Auer. 8. phy. 50. vbi ait ꝙ cum istæ duæ viæ fuerunt coniunctę tunc est firmior scientia, clarum est enim ꝙ nō debent esse coniunctę apud diuersos homines si firmior debet esse scientia. Ad rationem ipsorum patebit inferius. ¶ Vnde anteꝗ vlterius procedamus est sciendum, ꝙ causa ꝙ aliqui negauerunt regressum, & aliqui posuerunt tamen condictionibus supradictis fuit, quia illis videbatur, ꝙ si daretur iste regressus sequeretur ꝙ esset motus ab eodem in idem, & ꝙ idem esset notius & ignotius respectu eiusdem. Vnde aliqui vt saluarent se posuere in isto regressu quandam negotiationem intellectus facto primo processu anteꝗ secundus fieret vt potes videre in expositione suessani super primo de anima. 11. tamen istam negociationem haud ponere debemus, quia in regressu modo quo in scientijs de mente Aristo. & Auer. regressus datur nō oportet talem negociationem ponere, nec illa inconuenientia sequuntur vt patebit. Vnde ad quæsitum respondeo secundum doctissimum Zimaram de mente Aristo. & Auer. ꝙ regressus datur, nec propter hoc demonstratio circularis erit. Nam Aristo. in sensu quem ponebant antiqui negat circulum in demonstrationibus simpliciter. Vnde dicit circulo quoqꝫ ꝙ impossibile sit demonstrare simpliciter manifestum est. ¶ Vnde sciendum est, ꝙ secundum Auer. in prologo de physica auscultatione tria sunt genera demonstrationum quæ via doctrinæ appellantur. Non autem intelligas ꝙ idem est via doctrinæ, & ordo doctrinæ, nam via doctrinæ sunt tria demonstrationum genera. s. demonstratio signi, causæ tantum, & demonstratio causæ & esse. Ordo doctrinæ est ordo determinandi, & nō est processus demonstratiuus, sed est illa essentialis dependentia quæ attenditur in scibilibus secundum prius & posterius. Vnde. 5. metha. cap. de priori vbi est ordo, ibi est prius & posterius. Vnde rei causas habentis haud scientiam consequi possumus, nisi cognoscamus causas & proprietates per illas causas cognoscendas. Et cum contingat vnius rei plures causas esse quarum aliquæ vniuersaliores existunt, aliquæ minus vniuersales. quædam vero sunt particulares & proximæ, ita etiam accidentia cōmunia esse quædam, & pluribus vniuersalia, quædam vero quibusdam apropriata contingit. merito ergo. inter ista, difficultas insurgit an in scientia inchoandum sit ab inquisitione remotarum causarum & maxime vniuersalium in tali genere spectantium, an a causarum particularium cognitione, & inquisitione, & penes hoc ordo doctrinæ scientificus attenditur. At hoc est in omni facultate obseruandum. Vnde non idem est ordo doctrinæ & via doctrinæ. Dico igitur ꝙ tria sunt demonstrationum genera secundum Auer. 2. cœli. 35. s. demonstratio simpliciter, seu demonstratio dans causam & esse, seu demonstratio potissima, & est quando vt dicit Themistius in. 2. poste. cap. 2. vt cōmuni examine vtramqꝫ absoluat cognitionem & vt sit, & quam ob rem sit. Et ideo appellatur demonstratio dans causam & esse, quia simul & semel, facit cognoscere inhærentiam passionis, & causam inhærentiæ. Aliud genus est demonstratio signi, & est ab effectu ad causam, & fit quando ex esse effectus qui est notior quo ad nos demonstramus esse causæ ignotum quo ad nos. Aliud vero genus demonstrationis dicitur demonstratio propter quid tantum quæ dicitur ab antiquis demonstratio causæ tantum, & fit quando esse effectus: seu inhærentia passionis in subiecto, est per se nota ante demonstrationem, sed propter quid illius ignoratur, & per talem demonstrationem nō a generatur de nouo ipsius quia aliqua cognitio sed propter quid tantum, & ideo appellatur demonstratio propter quid seu causæ tantum. vnde regressus fit in scientijs isto modo. s. ab effectu ad causam modo quo dictum est in. 2. genere demonstrationum & a causa ad effectum modo quo dictum est in. 3. genere. Et hoc modo nullum sequitur inconueniens. Nam per talem demonstrationem per quam regredimur a causa nō reuertimur ad idem precesse a quo inchoauimus motum. Nam in. 2. processu ab esse effectus, concludimus esse causæ. In. 3. vero processu nō demonstratur esse effectus, quia nō erigitur demonstratio ad per se nota ad sensum, (vt scribit Auer. 1. phy. 1.) & vt ait Aristo. 8. phy. 26. Hoc est hominis male iudicātis quid melius, & quid peius, & quid credibile, & nō credibile, & principium, & nō principium, & consimilem sententiam habet. 2. phy. 6. vbi Auer. in cōmento dicit ꝙ istud genus hominum qui non distingunt inter ea quę sunt per se manifesta, & ea quę sunt dubia, & naturaliter ignota sunt cœci corde, & hoc genus hominum nunꝗ potuit philosophari nec poterit. Non enim fit demonstratio nisi ad quæstionem. quæstio autem est propositio naturaliter ignota. esse effectus fuit præcognitum a nobis sine demonstratione, quia supponitur ꝙ est notum apud nos, & ideo quum factus est vnus processus per demonstrationem quia modo dicto, in alio processu regredimur demonstrantes propter quid illius effectus, quod est diuersum ab esse eius. Nam quæstio quia est, & quæstio propter quid est, sunt quæstiones diuersę. (vt. 2. poste. dicitur) stat enim aliquem effectum quo ad quia est, esse per se notum, qui tamen latet quo ad propter quid est, & ideo non sequitur illud inconueniens, ꝙ si regressus datur, ꝙ fiat motus ab eodem in idem. Nec sequitur ꝙ idem respectu eiusdem sit notum, & ignotum eodem modo, nec eodem processu, nec iste regressus est circularis demonstratio, nam per Aristo. (vt dictum est) negatur circulus in demonstrationibus simpliciter in sensu quem ponebant antiqui vt patet. 1. poste. sed vult philosophus ꝙ processus qui est ab effectu ad causam per demonstrationem quia, nō est simpliciter scientificus, nec simpliciter demonstratiuus, quia non generat scire in posterioribus deffinitum. Vnde demonstratio quia, nō est demonstratio, licet sit demonstratio quia, vt vult Themistius & Alex. & Ioan. grāmaticus. & Simplicius. & sic patet, qualiter regressus datur, & nō solum iste regressus datur ex mente Auer. sed etiam Aristo. (vt patet in eius doctrina in pluribus locis) vt bene notauit Auer. vt supra patuit. Et ꝙ sit de mente Aristo. patet, quia regressus nihil aliud est quam ista demonstratio causæ tantum significat enim regressus secundum processum, quo procedo a causa ad effectum cōnotando primum processum precesse. ita ꝙ prius arguerem ex consequentibus, & ita regressus duo importat, primum processum, & secundum. Et vt patuit in præcedenti concordantia Aristo. fuit inuentor istius demonstrationis causæ tantum. ergo etiam fuit inuentor istius regressus. Et hęc sufficiant.

Causa qua re aliqui negauere regressum.

Tria demō strationum genera.

primus processus coiecturalis est secundum dus nō scientificus ab ee .n. effectus mihi notū innotescit eius causa, et a causa in secundo processu quia mp ꝑ ē effectus nō effecta habui notitia mihi ꝓp^d effectus innotescit.

VTRVM LOGICA SIT PRIOR ALIIS SCIENTIIS ORDINE DOCTRINAE? CONCORDANTIA. LVI.

AVer. 4. metha. 2. ait hoc nomen ens dicitur de primis intelligibilibus, & secundis, & sunt res logicæ. Ex quibus habetur, ꝙ logica non est prior alys ordine doctrinę quæ sunt de primis intelligibilibus, cum ipsa sit de secundis intellectis: quia secundum præsupponit primum. Oppositum huius dicit ipse Auer. 2. metha. 15. vbi exponendo dictum Aristo. s. absurdum est simul quærere scientiam, & modum sciendi ait, & ideo dixit Aristo. ꝙ necesse est vt homo instruatur in cognitione via cuiuslibet rei, quam vult declarare, & dixit hoc ꝙ ars logica quædam est vniuersalis omnibus scientijs, & quædam propria vnicuiqꝫ

scientiæ,& homo nō potest esse instructus in qualibet arte nisi sciendo vniuersalia,& propria de eis.Et cum dixit hoc dedit præceptū valde vtile,& est vt homo nō adiscat illam cum adiunctione aliarum scientiarum,quoniam tunc neq; adiscet hanc,neq; istā, sicut dixit quoniam malum est quærere aliquam scientiam,& modum sciendi secundum quem declaratur.Hoc enim simile est ei qui docet hominem viam cum adiscit eam,aut qui intendit medicinari hominem,& iterum adiscit medicinam sicut de quodam dicitur qui cum ad infirmum accessit,& propinauit medicinam ei,& inspexit post librum,& mortuus est infirmus.Ex quibus clare habetur,ꝙ logica alijs scientijs est prior ordine doctrinæ quia per Aristo.modus sciendi ordine doctrinæ est prior,& per modum Auer.intelligit logicam,ergo &c.Ioannes andega,dicit in.q.super metha.ꝙ aliquam scientiam esse primam ordine doctrinæ potest intelligi dupliciter,vno modo ꝙ debeat ante omnes scientias doceri secundum necessitatem absolutam,& hic est vnus modus, secondo modo potest intelligi ꝙ vna scientia sit prior ordine doctrinæ ex suppositione,ꝙ homo ex habitu notiori facilius deueniat ad ignotum,Modo logica nō est prior ordine doctrinæ primo modo,quia multæ scientiæ acquiruntur sine logica,vt dictum est de multis hominibus qui didicerunt aliquid de mathematica,vt triangulum æqui laterum super lineam datam collocari vel aliquid de Astrologia,qui nesciuerunt vnam conclusionem in logica,neq; loqui in modo & in figura.Etiam dicitur de Hippocrate ꝙ sciuit perfecte medicinam,& tamen nihil sciuit de logica.Sed secondo modo logica bene est prior ordine doctrinę quia dat bene esse, & disponit ad alias scientias,Vnde logica ex suppositione finis est prior alys,Supposito ꝙ aliquis debeat syllogizare de rebus aliarum scientiarum prompte,& faciliter,& sine errore,& debeat se nosce scire.Vnde ex quadam congruitate,requiritur primo logica vt deueniamus ex habitu notiori ad ignotum.Vnde si aliæ scientiæ ordinate essent traditæ,nō esset necessaria logica,vt pueri in ea primo docerentur.Et tu dic ꝙ tunc aliquis nescit se scire qui scit alias scientias sine logica.Verum est quid ergo habes ex hoc dum modo aliquis sciat bene.de bene esse quod requiratur ad alias scientias forte vt aliquis sciat vitare sophismata. Hæc est opinio Ioannis,quam etiam ponit super.2.metha.q.12.Sed hæc opinio videtur a veritate nimis deuia,& potissima causa fuit quæ hunc doctorem in falsitatem induxit,quia cogitauit,ꝙ aliquis possit scire aliquam conclusionem sine logica,sed nō considerauit ꝙ si aliquis habeat noticiam alicuius conclusionis sic precisse sine logica,ꝙ ille scientiam nō habet,Et ratio talis est,nam scientia est demonstrationis effectus vt dicit Aristo.1.post.artem demonstrandi quæ in logica habetur ignorans impossibile est ꝙ scientiam aliquam habeat.Nam ad hoc ꝙ aliquis sciat,nō sufficit ipsum demonstrare,sed oportet ꝙ demonstret,& sciat se demonstrare.Nō possumus autem scire nos demonstrasse,nisi cognoscamus nos demonstrationem constituisse ex primis,veris prioribus,notioribus,immediatis,causisq; conclusionis,& hæc est sententia magni Alberti.(quam etiam ipse Ioannes adduxit in.2.metha.tamen nescio quo pacto intellexerit eam.) super Porphyrio vbi ait ignorans logicam,si aliquid scire videatur,nescit illud,quia se habet supra suum scibile sicut se habet ignis ad combustibile qui comburit & nescit se comburere.Et tamen iste Ioannes tenet in.q.2. metha.ꝙ aliquis possit scire,& nō cognoscat se scire,sicut esset quando aliquis sciret sine logica,nescio in quo tex.posteriorum analicticorum hoc inuenerit.Hinc patet,quam perperam de se ipsis opinentur multi qui reputant se scientes,& tamen logicā ignorant,Nullius enim rei se possidere scientiam pro ferre possunt,dum se scire ignorant.Patet etiam quam male faciant multi etiam Legistæ cum multas propositiones speculatiuas aliquando proferant,& quod peius est in illis determinant,tamen fugiunt logicam & instrumenta sciendi.Nō tamen de omnibus loquor.Cognoui enim dum Paduæ vna studeremus Dominum Ioannem Antonium trigonam,& Dominum Scipionem trigonam siculos placienses meos conciues iuris studentes acutissimos,& doctissimos atq; perspicacissimi ingenij,qui nō solum in legali disciplina verum etiam in logica & speculatiuis doctrinis valde calebant nō sequentes quasi errorem cōmunem ostendentes se scire & modum sciendi ignorare.Ad propositum redeundo dico etiam ꝙ illud quod decepit Ioannem fuit vt notat & bene,Zimara locus consequentis,quia ipse vidit alias scientias posse acquiri sine logica,habita per doctrinam a præceptore,credidit eas absq; logica absolute haberi posse.sed facit difficultatē quod de aliquibus habetur,ꝙ in somno scientiam acquisiuerunt,& quod Aristo.dicit in problematibus particula trigesima problemate primo.quosdam poetas euasisse ex melanchonicis ægritudinibus.Ad hoc respondetur ꝙ ista nō sunt secundum mentem Aristo.(dato ꝙ Aristo.aliquando de talibus loqui videatur.)Et ꝙ hæc responsio sit vera secundum principia philosophorum,& ꝙ nulla scientia vere potest acquiri sine disciplina demonstratiua,& ex consequenti sine logica nō possit acquiri,videas Auer.in fine sui cōmenti de somno & vigilia,vbi postquā multa dixit de somnis,ad istas dubitationes respōdendo ait,in quo vero genere entium cadat ista enuntiatio cōsiderandū est, quoniā genera rerū scitarū,aut sunt scientiæ speculatiuæ,aut artes operatiuæ,aut virtutes cogitatiuę particulares,& est manifestū ꝙ ista cōprehensio nō est in maiori parte,nisi in rebus futuris cuius cōprehensio proprie est a virtutibus cogitatiuis particularibus quibus vtuntur ad cōprehendendū vtile & nocens in rebus futuris.Artes autē operatiuæ existimatū est ꝙ possunt acquiri in somno. Scientiæ autē speculatiuæ remotū est vt accidat hoc in eis,homo enim naturā habet ad cōprehendendū scientias speculatiuas per proprias propositiones habitas,& si homo cōprehenderet eas sine propositionibus,tunc ille propositiones essent ociosæ,& natura voluit hoc.Et vniuersaliter si aliquod intellectū de intellectis scientiarū speculatiuarū acquiratur hoc modo erit accidētaliter & raro & similiter impossibile vt per ipsum fiat ars speculatiua,nisi aliquis ponat hic esse aliquem modum hominū qui cōprehendunt scientias speculatiuas sine disciplina,& isti homines si sunt æquiuoce sunt homines,immo magis videntur angeli quam homines. Sed hoc videtur impossibile ex hoc quod dico,cognitio enim speculatiua vna est in se nō diuersa,siue fuerit scita per disciplinā siue sine disciplina,& si esset scita per vtrumq;,tunc disciplina nō esset accepta necessario in definitione eius,& sic sumus inter duo aut vt dicamus ꝙ ista cognitio æquiuoce dicitur cum cognitione humana,aut vt concedamus ꝙ eadem res inuenitur per causas diuersas & secundum hoc respectus rei ad suos causas quibus constituitur nō erit necessarius.& omne hoc est impossibile dicere autem ꝙ possibile est vt imagines rerum speculatarum acquirantur ab aliquo modo hominum hoc modo comprehensionis impossibile est quoniam acquisitio earum hoc modo est superfluum cum iam acquirantur ab homine modo perfectiori,nisi aliquis dicat forte ꝙ iste modus comprehensionis est proprius eis in quibus est possibile vt adiscant scientias speculatiuas sed isti si sunt,æquiuoce sunt homines,hæc Auer.nescio quid clarius,mihi videtur ꝙ secundum peripateticos euacuatum sit dubium de scientijs per somnum, & huiusmodi.Ad illud autem quod de Hippocrate dicitur dico,ꝙ falsum est illud quod dicitur.s.ꝙ Hippocratos dialecticam ignorauit.Fuit enim in medicina dialectico demonstrandi genere vsus sicuti a Galeno ipso multis in locis,sed precipue in libris de ele-

Positio Ioānis andegauensis.

Quid requiratur ut aliquis sciat.

Responsio ex Auer.

Ad illud qd de Hippocrate dicitur.

mentis secundum Hippocratem & in libro de natura humana manifeste ostenditur, vt falsus deprehendatur Arabs expositor, Petrus Apponus, & longa latinorum caterua, qui ignorasse dialecticam Hippocratẽ putauere. Nec enim est verum quod scripserunt. s. Hippocratis tempore dialecticam inuentam nō fuisse, Paulo enim ante Platonem Hippocrates fuit, immo Platone nascente Hippocrates celebris habebatur, vt in Cronico scribit Beda. Dialectica vero eo tempore erat, vt quam Zenon eleates Parmenidis discipulus multo ante inuenerat, & Cleantes, Chrysipusꝙ maxime excoluerant. Extat ad huc Hippocratis Epistola in qua Thesalum filium ad Geometriæ & Arithmeticæ studium excitans, totam geometriam in demonstratione consummi dicit. Et dato ꝙ esset verum istud quod de Hippocrate dicitur. s. ꝙ logicam non didicerit, & scientias adeptus sit, quod tamen falsum est, nō tamen propter hoc habetur ꝙ sine logica absolute habuerit scientias. Sed dici posset vt Zimara dicit ꝙ Hippocrates ex bonitate intellectus, & complexionis per inuentionem venit in noticiam scientiarum, & in cognitionem logicæ, & per logicam illam habitam per inuentionem in cognitionem aliarum scientiarum deuenit. Vnde oportet ꝙ per eadem media procedat super vna conclusione scibili aliquis per inuentionem per quæ deuenit aliquis ad eādem per doctrinam veritas, enim in se est vna & vno modo & via acqui
Ad formã contradictionis. sibilis. Ad formam igitur contradictionis dico, ꝙ logica est prior ordine doctrinæ cæteris scientijs absolute loquendo, & non ex suppositione finis modo quo Ioannes dixit. Et ad auctoritatem Auer. in. 4 metha. 2. dico ꝙ logica est de secundis intentionibus primo, & per se, & nō de rebus, & cognitio intentionum nō dicit ordinem posteriorem ita ꝙ dependet ab alijs scientijs, sed potius econuerso. ergo nō obstante hoc, ꝙ sit de secundis intentionibus, adhuc potest esse prior ordine doctrinæ. Vnde patet ꝙ Auer. non sibi ipsi contradicit. Sed Ioannes insurgit contra istam responsionem, & dicit eam non esse cautam, quia logica primo, & per se considerat res, & nō intentiones, quia sic nō faceret cognitionem veritatis, & falsitatis, quia prędicationes nō verificantur ex parte intentionum, ita ꝙ genus prædicatur de spetie, vel speties de indiuiduo, sed potius ex parte rerum quam tamen veritatem habet logica pro fine, & ipse credit logicam primo, & per se considerare res subiectas intentionibus, & considerare per se. nō primo intentiones. Sed certe sua fides nō est cauta, & suum credere malum est, & mirum est de tam magno viro ꝙ talia in istis quæ quasi puerilia sunt dicat, & in tam magnum errorem veniat. Falsum est enim ꝙ logica primo & per se sit de rebus intentionibus subiectis, & ꝙ intentiones consideret per se, nō primo. Nam scientia principaliter & per se est de subiecto & omnia quæ considerat, considerat propter illud vt patet per Aristo. doctrinam primo poste. & stultum est dicere ꝙ subiectum scientiæ per se, & nō primo consideretur in illa. In logica autem (nō curando pro nunc si sit scientia vel instrumentum) illud quod est subiectum, est intentionale, & nō reale, vt patet per Auer. Albertum. s. Thomam, Scotum, & plures alios. & si aliqui doctores diuersi sint de subiecto logicę, differentia nō est penes hoc si sit reale, vel intentionale, ergo falsum est ꝙ primo, & per se consideret res, & per se non primo consideret intentiones. Amplius logica dicitur rationalis vt patet per Boetium, & non realis, si principaliter esset de rebus melius esset, vt diceremus eam realem. quia magis proprie loqueremur. Amplius Aristo. in principijs librorum logicę plerumꝙ ponit suam intentionem principaliter circa secundas intentiones, vt in libro periher. vbi ait. Primum oportet constituere quid sit nomen, & quid sit verbum, postea quid affirmatio, & negatio & enuntiatio, & oratio, & in principio libri priorum ait. Primū oportet dicere circa quid, & de quo est intentio quoniam circa demonstrationem, & demonstratiuam disciplinam, deinde determinare quid est propositio, & quid terminus, & quid syllogismus &c. & ibi hoc etiam ostendit Auer. dum declarando intentionem libri ait, & dicemus ꝙ id quod quærimus hoc in libro est demonstratio, quoniam syllogismum, quia demonstrationem quærimus. Et in principio topicorum Aristo. ait propositum quidem negotij est methodum inuenire, qua poterimus syllogizare de omni problemate ex probabilibus, & nos ipsi dispositionẽ sustinentes nihil dicemus repugnans primum enim dicendum quid est syllogismus &c. & Auer. in paraphrasi primi topicorum cap. primo in principio huius libri intentio est methodorum, & vniuersalium ex quibus ars topica componitur, & illorum quibus perfectior, & præstantior fit scientiam tradere, & Aristo. in libro elenchorum tali vtitur principio de sophisticis autem elencis, & de his qui videntur quidem elenci sed nō sunt, sunt autem paralogismi dicemus incipientes secundum naturam a primis & Auer. in paraphrasi super primo elencorum cap. primo in principio. Intentio huius libri est loqui de sophisticis elencis, qui putantur esse elenci veri sed sunt paralogismi &c. Restat igitur ꝙ Aristo. in partibus logicæ vbi in principio ponit intentionem, ponit eam circa intentiones principaliter, sequitur ꝙ logica ipsa ex illis partibus integrata, principaliter sit de intentionali, & nō de re. Præterea Auer. dicit. 4. metha. 2. ꝙ logica est de secundis intelligibilibus certum est ꝙ talia sunt intentiones ergo &c. Etiam illud est primo consideratum, quod in ea diffinitur, diuiditur & de quo passiones, & proprietates demonstrantur. In logica nō diffiniuntur res, nec res diuiduntur per se, nec de eis passiones, & proprietates demonstrantur, sed de intentionibus secundis ergo &c, maior patet, & est Aristo. in primo post. minor patet, quia in logica diffinitur intentio generis speciei, differentiæ, & accidentis. Similiter enuntiatio, syllogismus, & reliqua, nullibi tamen intentio prima diffinitur per se, & si aliquando fit hoc, est per accidens, vt attributionem habet ad intentionem secundam, sicut in prędicamentis contingit res per accidens considerari. s. in ordine ad intentiones secundas. Præterea Auic. in. 1. suę metha. cap. 2. ait, subiectum vero logicæ sicut sciuisti sunt intentiones intellectæ secundo, quæ apponuntur intentionibus primo intellectis, secundo hoc ꝙ per eas peruenitur de cognito ad incognitum, nō inquantum ipsæ sunt intellectæ. Itidem Boetius super porphyrio. s. Thomas in. q. super Boetio de trinita-
Causa erroris Ioannis. te, Albertus magnus, & Scotus, & multi alij. Sed causa erroris fuit, quia Ioannes vidit aliquas diffinitiones in logica traditas, nō verificari in secondis intentionibus, sed in primis, & ideo dixit logicam primo de rebus considerare. Sed hoc non obstat, quia in ipsis intentionibus secondis veritas, & falsitas, reperitur tanquam in signo, in rebus autem talis veritas reperitur, tanquam in signato. Vnde propositiones logicales de actu signato, verificantur in actu exercito. in intentionibus primis, & etiam in ipsis intentionibus secundis, veritas propria reperitur, vt in signato, sicut cum dicitur species est vniuersale, & subiectum nō est prędicatum, & ex omnibus his patet, quantum iste Ioannes in hoc errauerit, & ꝙ logica est prior, & necessaria, quod erat intentum. Vnde vna ex causis propter quam contingit error in scientia naturali, est ignorantia logicæ, nam Aristo. plerumꝙ antiquos reprehendit, & eos errasse manifestat, & propter logicæ defectum paralogizasse, necesse enim erat eos falli, quia abiecta scientia disputandi de rerum varietate perquirerent, (vt ait Boetius super Porphyrio) nō autem ob hoc qui in sophismatibus continue versantur glorientur, sed illi qui bene veritatem insequuntur. Et hæc sufficiant pro hac materia.

VTRVM

VTRVM PRIVS SVBSTANTIA SEMPER SIT SVBSTANTIA? CONCORDANTIA. LVII.

AVer.in libello de substantia orbis cap. primo per plura dicta ponit dimensiones interminatas,quæ accidentia sunt,esse coæternas primæ materiæ.Ex quo clare habetur,ꝙ non substantia præcedit substantiam,quia materia primitus recipit illas dimensiones,quæ accidentia sunt,quam formas substantiales.In oppositum est Aristo.12.metha.43.vbi ait,& ꝙ prius substantia,substantiam esse necesse est.Et etiam habetur in illo loco ex ipso Auer.Ad hoc dicitur ꝙ Aristo.12.metha.loquitur de illo priori,quod est prius natura secundum perfectionem,& non de illo quod est prius via generationis.Duplex est enim naturæ prioritas (vt scribitur.9.meth.15.) quantitates autem interminatæ,& qualitatiuæ dispositiones,præcedunt via generationis,formam substantialem,& sic dictum Auer.in libello de substantia orbis non contradicit Aristo.quia de tali prioritate Aristo.non loquitur.¶Et si dicatur,ꝙ nullo pacto accidens debet præcedere substantialem formam via generationis,quia Aristo.7.metha.4.dicit,ꝙ substantia præcedit accidens diffinitione,cognitione,tempore,& natura.Adhoc dicitur.vno modo,ꝙ dictum Aristo.in.7.metha.veritatem habet secundum viam Auer.in accidentibus fundatis in substantijs compositis,quæ sunt generabiles,& corruptibiles.nam de talibus loquitur Aristo.in.7.metha.& in.8.secundum mentem eius,ibi in suo prologo.Aut possemus dicere exponendo auctoritatem Aristo.7.metha.hoc pacto.s.(vt Zimara exponit) ꝙ accidentia quæ substantiam sequuntur,sunt in duplici differentia.s.seperabilia,& inseperabilia.Substantia præcedit accidentia separabilia tempore,inseparabilia autem natura tantum,& non natura,& tempore simul sicut est respectu separabilium.Et ꝙ Aristo.hoc voluerit patet,nam in illo textu ponitur quatruplex prioritas,(vt habetur in litera græca,manifeste)& non absq; causa ponitur prioritas naturæ,vltra prioritatem temporis.Non enim absq; ratione Aristo.loquutus fuit illo modo.

Duplex naturæ prioritas.

VTRVM SVBIECTVM OMNIVM TRANSMVTATIONVM SIT IDEM? CONCORDANTIA. LVIII.

AVer.2.de anima.4.& 8.metha.4.& 1.phy.63.5.phy.8.& 1.cap.de substantia orbis ait,ꝙ subiectum,quod est in transmutatione substantiali,est ens in potentia,in alijs autem transmutationibus,est ens in actu.Ex quibus clare habetur,ꝙ omnium transmutationum,nō est idem subiectum.Oppositum huius videtur dicere ipse Auer.1.de generatione,& corruptione primo,vbi ait,& nō debet aliquis dicere,ꝙ subiectum in alteratione,aliud est a subiecto in substantia,quoniam quomodo contingeret,vt subiecto in substantia ablato,vt subiectum in alteratione auferatur,subiectum enim alterationis nō est ei subiectum,nisi etiam in quantum est subiectum in substantia,& ideo istud quod Aristo.dedit in alteratione,dedit etiam in substantia.Vnde apparet,ꝙ idem sit subiectum omnium transmutationum.¶Ad hoc breuiter respondeo,ꝙ de subiecto transmutationis dupliciter sermo fieri potest,&(vt vtar verbis Auer.)dico,ꝙ vno modo potest fieri de eo sermo,vt subiectum est transmutationis principaliter,& sic dico,ꝙ nō est idem,quia aliud est subiectum principaliter transmutationis substantialis,& aliud aliarū mutationū.Materia enim,est subiectū principaliter illius,aliarū vero mutationum nō.Alio modo potest fieri sermo de subiecto nō coartando se ad illud,vt principaliter,sed indifferenter,siue principaliter,siue secundū posterius,& sic verum est,ꝙ omnium mutationum idem est subiectum,quia materia,quæ principaliter est subiectum mutationis substantialis,secundum posterius,est subiectum aliarum mutationum.Et hæc responsio habetur ex Auer.1.de generatione.24.¶Sed circa hoc quod dicitur,ꝙ accidentia habent pro subiecto ens in actu,Dubium occurrit de dimensionibus interminatis,quæ accidentia sunt,& tamen in materia prima fundantur,quæ est ens in potentia (vt ait Auer.in cap.primo de substantia orbis.) Ad hoc dicitur (quicquid dicant alij) ꝙ quando dicitur,ꝙ subiectum accidentis est ens in actu,intelligitur de accidentibus terminatis,& nō de interminatis,nec inconuenit,vt accidentia terminata,& interminata,dissimile habeant subiectum.Et si dicitur,ꝙ stante hoc,firma substantialis,& accidentia interminata nō differunt:quia tam forma substantialis,quam accidentia interminata,habent ens in potentia.Respondetur ꝙ hoc stante,adhuc differunt,quia Auer.ponit duas differentias.vna est,ꝙ subiectum formæ substantialis sit ens in potentia,& accidentis,ens in actu,& per hanc,forma substantialis,differt ab accidentibus terminatis.Alia est ꝙ forma substantialis,est pars substantialis substantię compositæ,nō autem accidens.Et per hoc forma substantialis differt a quocunq; accidente,siue terminato,siue interminato,quoniam nullum tale est pars substantiæ.Et sic cessat dubium.¶Sed quia sæpe fit mentio de dimensionibus interminatis.Pro ampliori noticia videndum est.Vtrum trina dimensio,quæ dicitur quantitas interminata,sit forma accidentalis,in materia,vt ab ea non possit separari?Et arguitur ꝙ nō,& primo sic.Si daretur,precipue hoc esset propter rationes Auer.in primo cap.de substantia orbis.& in.63.primi phy.probantes affirmatiuam partem.sed illa rationes nō concludunt ergo &c.quod nō concludant ostenditur.Tres enim sunt potissimæ,& prima talis est.Si materiæ nō essent coeternæ trinæ dimensiones,tunc corpus fieret ex nō corpore.Ista ratio sophistica nidetur,quoniam dupliciter est,ex aliquo fieri.Aut tanq̃ ex subiecto,aut termino.queritur,quid ly ex significet?aut subiectum,aut terminum.Si dicatur,ꝙ subiecti circunstantiam dicit,tunc contra.Corpora de predicamento substantiæ nōne fiunt ex nō corpore.s.ex materia quæ nō est corpus?Similiter istud corpus de predicamento quantitatis,est corpus nouum,quod fit ex nō corpore,tanquam ex subiecto,quod nō corpus in actu,est corpus in potentia.Si vero termini circunstantiam ly ex dicat,Contra,priuatio,& habitus,sunt termini generationis,vt album ex nō albo tanq̃ ex termino fit,quod est priuatio ergo &c.Secunda Auer.ratio est,si dimensiones interminatas materia prima non haberet,non posset simul in actu plures formas habere,quod falsum est.Dico,ꝙ ista ratio non procedit,quia secundum ipsum Auer.materia per posse substantiatur,ita ꝙ potentia est sicut proprietas ab ea inseparabilis,Dico ergo,ꝙ licet materia dimensa non sit,ad plures formas adhuc impotentia est.Et tunc ab agente transmutante materiam ad actum,ista potentia reduci potest.Et ita ab agente forma producitur,& postea quantitates illam formam sequentes producuntur,quare &c.Tertia ratio Auer.est talis.si trinam dimensionem materia non haberet,haberet vnam formam substantialem sibi dantem nomen,& diffinitionem.Dicam,ꝙ materia de se non habet existentiam.Vnde materia

De subiecto trāsmutationis dupliciter sermo fieri potest.

Questio de trina dimēsione quæ dicitur quātitas interminata.

Prima ratio

Seconda ratio

Tertia ratio

prima, quæ est sub me, dependet in esse ab hac forma, sed non inquantum hæc, sed inquantum forma. Hoc declarauit Albertus. 5. metha. tract. 2. cap. 4. materia habet esse a forma, vt forma, vnde si vniretur forma materiæ sine dimensionibus interminatis, adhuc illa corruptibilis esset, quia causa corruptionis est cõmune subiectum. s. materia prima & contrarietas (vt habetur. 2. cap. de substantia) ista forma vnita materiæ sine dimensionibus interminatis est in materia, quæ est causa corruptionis primo cœli. 20. & habet contrarium. 4. phy. 27. quod est causa corruptionis quare &c. Secundo arguitur, dato ꝙ talis dimensio daretur, esset mathematica, & nõ naturalis. videas Auer. 4. cœli. 20. vbi dicit ꝙ si vacuum esset, a causa naturali nõ esset, quia extensio quædam est. ergo ista trina dimensio esset mathematica. Ostenditur quia determinata quælibet dimensio, & natura est, secondo de anima. 42. ergo nõ datur aliqua dimensio interminata, sicut ipse de vacuo dicit, ꝙ nõ esset dispositio naturalis, cum sit interminata, & extensio quædam, neqꝫ est aliqua ex causis naturalibus. Confirmatur, nõ est maioris raritudinis essendi accidens, quam substantia, materia prima nõ est maioris ratitudinis essendi, quam trina dimensio. sed materia informis nõ est res naturalis, quia nõ cognoscitur nisi per priuationem formarum, & vt sic, cognoscitur a Diuino, ergo similiter quantitas interminata, cum sit per priuationem terminorũ, nõ consideratur, nisi per animam. ergo si a naturali interminata dimensio consideratur, maioris ratitudinis esset quam materia prima, cum materia prima, per priuationem cognoscatur a mathematico. 10. metha. 14. & .12. metha. 14. Confirmatur. 4. phy. 65. dimensio abstracta a materia, nõ habet potentiam, ne dum potentiam consimilem. i. si daretur dimensio separata a materia (vt ponebant antiqui de vacuo) tunc illa dimensio nõ haberet actionem. 4. cœli. 24. 4. phy. 5. locus est qualitas conseruatiua locati, dimensio abstracta a materia nullam habet potentiam consimilem. i. conuenientem & virtutem. ergo dimensio interminata, cum a forma abstrahat, aliquam virtutem nõ haberet, neqꝫ ad effectum naturalem coageret. Tertio arguitur, sequeretur, ꝙ esset corruptibilis, probatur Aristo. 2. cœli. 37. volens probare, ꝙ motus cœli nõ sit irregularis, inquit, quia reciperet additionem, & diminutionem. Istam autem corruptionem arguunt, quia arguunt perfectum, & imperfectum, dimensio ergo interminata inquibus augetur, accipit intensionem, inquibus diminuitur, diminutionem ergo &c. Quarto arguitur, aut iste dimensiones sunt per transmutationem eductæ, aut nõ, si sic ergo corruptibiles, si vero nõ eductæ de potentia materiæ, tunc omne quod semper manet, est principium. 1. phy. 52. ergo dabitur quartum principium. Quinto arguitur, omne per accidens est posterius eo quod est per se. 1. cœli. 14. 2. de anima. 133. 4. phy. 43. ex materia prima, & forma substantiali, fit vnum per se. ex materia prima. & trina dimensione, fit vnum per accidens, ergo compositio per accidens, est prior compositione per se. Et plures rationes possent adduci, sed quia hæc adductæ sunt precipue, ideo aliæ breuitatis gratia omittuntur. quum istæ solutæ erunt, facile apparebit cæterarum responsio. Dico ad propositum, ꝙ Aristo. in primo de generatione. 32. aliter ostendit veritatem se habere, quam predictæ rationes probant, vbi ait, ꝙ impossibile est materiam a magnitudine separari. Vbi intelligas, ꝙ quantitas a materia separari nõ potest, nõ ꝙ de ratione materiæ ipsa quantitas sit, sed a quantitate separari inesse nõ potest. ¶ Est etiam animaduertendum, ꝙ per dimensiones interminatas, nõ debemus intelligere dimensionem, quæ in materia in actu detur sine termino, quia hoc falsum est, vt patet. 2. de anima. 24. Sed ista dimensio secundum sui naturam sibi terminum proprium nõ determinat, sicut materia informis dicitur, nõ quia sine forma existat, quia. 2. phy. 12. materia nõ existit sine forma, sed dicitur informis, quia est vna materia, quæ est indeterminata ad formam suscipiendam. ¶ Est quoqꝫ aliud notandum ꝙ & a naturali, & a mathematico dimensio interminata considerari potest. Aristo. 2. phy. 18. de eisdem lineis considerat naturalis, & mathematicus, sed sub diuersa ratione. Nec hoc inconueniit (vt ait Aristo. 2. phy. 71.) Corpus enim linea &c. Considerantur a naturali, vt sunt in materia sensibili, mathematicus autem ea considerat absolute primo cœli. 6. & .7. Si ergo trina dimensio consideretur absolute, pertinet ad mathematicum si vero consideretur, vt est in materia, ad naturalem pertinet. Tunc dicitur, ꝙ si trina dimensio consideretur, vt est quædam quantitas habens longitudinem &c. ad mathema. pertinet, si vero consideretur secundum ꝙ materia per eam diuiditur in suas partes, vt sic consideratur a naturali, nec aliquis debet dicere, ꝙ trina dimensio debet a diuino considerari, quia insequitur naturam materiæ, vt est substantia cognita per priuationem, & materia absolute, & vt abstrahit a forma, pertinet ad Diuinum. 12. metha. 14. materia considerata per priuationem formarum, pertinet ad diuinum, quia. 10. metha. 24. materia negatione cognoscitur, & ad eandem scientiam pertinet considerare subiectum & accidentia, ergo &c. quia falsum est, ꝙ dimensio interminata insequatur naturam materiæ, vt est substantia cognita per priuationem. Quod autem non sequatur naturam materiæ in prima notione, probatur, quia potentia est magis intima materiæ, vt patet primo cap. substantiæ orbis, vbi habetur, ꝙ est differentia substantialis materiæ. & tamen Themistius vult, ꝙ materia in prima notione non comprehendat priuationem, & ideo cum trina dimensio sit distincta realiter a materia, quia est accidens, potentia autem est idem cum materia, & tamen materia eam non comprehendit in prima notione, ideo dicitur, ꝙ consideratio de trina dimensione in se pertinet ad geometram, quia vt sic, habet esse imaginarium, 3. phy. 60. propositiones geometriæ sunt imaginationis fundamenta, & .4 phy. 76. vbi casus ponitur de corpore cubo posito in aqua a qualitatibus sensibilibus separato, & dicit, ꝙ tantum distaret ab aqua, quantum est corpus, & dicit Auer. ꝙ Aristo. dixit hoc, quia ratione terminorum quantitatis, ratio loci conuenit corpori, & non qualitatis ratione, & .3. cœli. 7. extensio est per dimensionem, & tunc quærit Aristo. quæ sit differentia de hoc corpore cubo a vacuo: & dicit, ꝙ non differt corpus cubum a vacuo, & nullam habet differentiam a corpore mathematico, & Auer. 4. phy. 51. vbi dicit, ꝙ vacuum, & corpus mathematicum, non distinguntur, quia vacuum est illa trina dimensio abstrahens ab omni qualitate sensibili, quia ergo mathematicus per se considerat istam quantitatem abstractam, ideo dicitur, ꝙ mathematicus eam considerat, & non diuinus. 4. metha. in principio. Et quando naturalis deuenit ad istam considerationem huius trinæ dimensionis abstractæ in se, est consideratio mathematica. quia (vt ait Alexander primo priorum) multotiens naturalis mutuatur considerationem mathematici. Consideratio autem naturalis ex. 6. metha. 2. est secundum ꝙ considerat, vt trina dimensio est in subiecto transmutationis, & motus, & secundum ꝙ habet facere diuisionem in forma. Hæc omnia doctissimus Zimara in. q. de trina dimensione. ¶ Ad rationes vero respondetur, & primo ad primam. Et quia ratio prima dicebat, rationes Auer. non concludere, ideo dico ꝙ ratio. Auer. non est sophistica, immo est necessaria. Et dico ꝙ ly ex dicit habitudinem termini, quia in rebus habentibus oppositum, omne quod fit, ex suo opposito fit. 1. phy. 50. Sed si fuerit aliqua natura, quæ nõ habet oppositũ, si ponas aliquod, ex quo sequitur oppositũ, sequitur impossibile, vt dimensio interminata

Dimensio interminata a quibus considerari potest.

Solutio ad rationes.

est ens in potentia, enti in potentia nihil contrariatur vt materię primæ nihil cōtrariatur quatenus in potentia est, nec ipsum alicui opponitur. Ista dimensio interminata, est quodam accidens in potentia, ideo nihil ei contrariatur, & ideo si ponas eam fieri de nouo, oportet vt fiat ex suo opposito, sed tunc illud, quod non habet oppositum, haberet oppositum, ideo dicit Auer. post consequentiam, ꝙ si corporeitas fieret de nouo sequeretur, ꝙ haberet contrarium, & ita esset de ea, sicut de formis substantialibus, & ideo ista sua ratio est necessaria. Ad illud quod etiam dicebatur, probando secundam rationem Auer. non valere, respondetur, ex Aristo. mente. 5. metha. cap. de quanto, ꝙ per quantitatem extensio est. Similiter in predicamentis, quanta est superficies, tanta est albedo. Eodem modo est de substantialibus formis, quia sunt qualitates substantiales. 5. metha. cap. de quali, quia ergo quantitatem, qualitas supponit, ideo omnes formæ materiales, cum sint extensæ, requiritur ꝙ materia sit quanta. Et ideo cum sint diuersæ formæ in actu, sunt etiam quantitates præcedentes formas, quia de se materia indiuisibilis est. Præterea nulla esset differentia inter vnionem intelligentiarum, cum orbibus, & formarum materialium materiæ, quod est contra Auer. 2. cap. de substantia orbis, & 2. cœli. 3. intelligentia vnitur orbi sine dimensione, forma autem materialis cum dimensione. Et ideo si ista sunt Aristo. 1. de generatione. 32. ꝙ impossibile est materiam, a magnitudine separari, ergo necesse est, vt dimensiones, precedant formam, & licet materia in priori naturæ per quod precedit dimensiones interminatas sit in potentia ad formas, talis potentia est remota in materia. Sed potentia proxima in materia ad formas est, quando sub dimensione interminata fuerit. Ad illud vero quod dicebatur contra tertiam rationem Auer. respondetur, ꝙ Auer. non dicit, ꝙ si reciperet formam substantialem sine dimensione, ꝙ non reciperet aliam formam, quia concedit Cōmentator ꝙ si non esset dimensio interminata in materia, tunc materia haberet vnam formam, quæ cum successione corrumperetur, & generaretur, alia forma in ea, & ideo in materia in eodem tempore non essent plures formæ sed successiue, vna post aliam. Et ideo Auer. suam rationem fundat super sensu, quia videmus materiam habere plures formas actu in eodem tempore, ideo oportet, vt dimensio præcedat. Videas primum cap. de substantia orbis. Ad secundam rationem principalem, & ad illas confirmationes, patet solutio, ꝙ ista dimensio est considerationis mathe. & naturalis, quia, 2. phy. 28. eadem considerat naturalis, & mathematicus, sed diuersimode, mathematicus considerat ea, vt abstrahunt a motu & magnitudine, & quando naturalis vtitur hac consideratione, vtitur vt geometer. Si autem trina dimensio consideretur, vt est natura, quæ non habet terminum, sed est in potentia ad recipiendum terminum, est consideratio naturalis, quia consideratur, vt est dispositio materiæ, quæ ordinatur ad recipiendas formas. Consideratio enim naturalis se habet per additionem ad mathematici considerationem. 6. metha. 20. Ad tertiam respondetur, ꝙ motus est de accidentibus terminatis, quia est in ente in actu. 5. phy. 8. dimensio interminata est in ente in potentia, & ipsa est ens in potentia. 4. phy. 15. vbi dicit, quando a materia abstrahimus superficiem, & vltima, non est nisi quantitas in potentia, & ideo ratio Aristo. est de motu, qui est accidens terminatum, & remittitur semper per contrarium. 5. phy. 47. Ad quartum dicitur, ꝙ cum quærebatur. Vtrum sint eductæ de potentia materiæ? dicitur, ꝙ non, ergo sunt quatuor principia, negatur, quia, principij naturalis dispositiones sunt. Vnde si ista trina dimensio remanet, remanet vt dispositio subiecti. Ad quintum dicitur, ꝙ illud non est impossibile, quia primo de generatione a principio si alteratio est impossibilis, ego & generatio. Et tamen illa est accidentalis, & 9. metha. 15. & 2. de partibus cap. primo posteriora generatione sunt perfectiora, & priora perfectione. Et ideo non inconuenit, vt ista compositio (licet sit per accidens) præcedat compositionem per se via generationis, illud autem quod est per se, præcedit per accidens via perfectionis. Et hæc omnia secundum mentem Zimare, & hæc sufficiant.

Intelligētia vnitur orbi sine dimensione.

Quopacto eadē considerat naturalis & mathematic'.

VTRVM AQVA SIT MEDIVM SONI? CONCORDANTIA. LIX.

ARisto. 2. de anima. 76. ait, medium autem sono quidem aer est. Ex quibus habetur, ꝙ aer est medium soni, & nō aqua. Hoc etiam dicit Auer. super hoc tex. dum dicit, ꝙ medium in voce est aer nō aqua &c. Hoc etiam videtur dicere Auer. co. 81. eiusdem. 2. dum ait, quum declaratum est ex hoc, ꝙ aer est materia soni, qui impossibile est fieri nisi per illum. ¶ Oppositum huius habet Aristo. 79. eiusdem. 2. vbi dicit. Amplius auditur in aere, & in aqua sed minus. Et ibi Auer. Ad hoc dicitur duobus modis, primo dicitur, ꝙ medium quoddā est delatiuū soni, & simul causans, agensq́ illius, & hoc solum est aer, aer enim medium est soni, defert enim ipsum, & cum hoc causat eum per fractionem eius, quodam est medium. delatiuum intentionum sonorum, vt aqua, aqua enim non recipit sonum realem, sed tantum sonum intentionalem, & ideo pisces nō sentiunt, nisi per voces cadentes in aere, quæ causant intentionem in aqua, Tunc potest dici, ꝙ Aristo. in tex. 76. & Auer. ibi. & cōmento. 81. loquuntur de medio, quod simul defert, & causat, & sic est aer tantum. In tex. vero. 79. & ibi Auer. loquuntur de medio delatiuo tantum. ¶ Alio modo respondetur, secundum Simplicium, ꝙ medium soni est aer, vt euidentius habet resonantiam, aqua vero minus delatiua soni. Vnde seconda responsio est ex his, ꝙ aer tantum medium est soni notabilis. Et sic loquitur primo loco Aristo. in secondo autem loco loquitur de medio cuiuslibet soni. Sed contra primam responsionem potest argui, ꝙ in aqua potest causari sonus, ex percusione duorum corporum in illa, sicut percutiendo cum remo lapidem existentem in fundo aquæ, aut alio tali modo. Ad quod potest dici, ꝙ in aqua potest causari sonus ex percusione duorum corporum, vt percutiendo cum remo lapidem existentem in fundo aquæ, aut alio tali modo, tanquam in continente, sed non tanquam in subiecto. immo semper erit ibi aer, in quo sonus fundabitur, tanquam in subiecto, & non in aqua, nisi tanquam in continente. Et hoc modo prima solutio remanet in suo robore.

Mediū duplex.

Alia solutio ſm simplicium.

VTRVM ELEMENTA HABEANT DETERMINATAM QVANTITATEM? CONCORDANTIA. LX.

AVer. 2. cœli. 95. dicit, ꝙ elementa non habent quantitatem terminatam. Oppositum huius dicit ipse Auer. 6. phy̆. 32. vbi ait, ꝙ minima pars ignis est terminata. Idem in dicto, 6. 49. dicit, vbi ait, quoniam minima aqua est terminata, & simi-

liter de alijs corporibus simplicibus,& compositis.Hoc etiam habetur ab ipso Auer.8.phy.44.&.6.phy.51 &.3. cœli.9. &.7. phy.2.& in pluribus alijs locis.Præterea hoc etiam dicit Aristo.in.2.de anima.41.vbi ait,natura autem constantium omnium terminus est,& ratio magnitudinis,& augmenti. Ad hoc dicitur, (dimissis aliorum responsionibus tanquam ad Auer.mente alienis)ꝙ intentio Auer.2.cœli.95.non est,si bene inspiciatur,ꝙ simplicia non habeant terminatam figuram,sed innuit,ꝙ ex eo quia non habent figuram fixam,et non consistunt in puncto,et in indiuisibili,ideo dicuntur non habere quantitatem terminatam.Nam per admixtionem aliorum corporum in eis,figura eorum maior fit,vt patet si moles aliqua in aqua ponatur.Et ista responsio habetur ex Aristo.4.phy.76.vbi ait,sicut enim in aqua si apponat aliquis,cubum distabit tanta aqua,quantus est cubus,sic et in aere. et etiam Auer.in dicto loco.Et sic tollitur contradictio.

Quare elementa dicuntur nō habere quātitatē terminatam.

VTRVM PHANTASIA IN OMNIBVS ANIMALIBVS REPERIATVR: CONCORDANTIA. LXI.

ARisto.2.de anima.20.ait,si autem sensum,et phantasiam,et appetitum.Vbi quidem enim sensus est,et tristitia,et læticia est,vbi autem hæc sunt,ex necessitate desiderium est.Ex quibus clare patet,in omnibus animalibus phantasiam esse.Nam omnia animalia sensum habent,saltem sensum tactus.(quod tamen quomodo hoc sit verum pro nunc omittatur.)vt dicit Aristo.2.de anima.17.et.3.de anima.67.et.68.Oppositum huius aperte dicit in.2.de anima.156.vbi ait,phantasiatur autem aliquid,et nullo horum existente,vt qui in somnis postea secundum potentiam,sensus quidem semper adest viuentibus,et non orbatis,phantasia autem non,si vero ei,ꝙ actu idem omnibus vtiꝗ contingeret bestijs phantasiam in esse,videtur autem non,vt formicæ,& api,aut vermi.¶Ad hoc dupliciter responderi potest,& primo & est responsio secundum mentem Auer.quæ etiam tangitur a Doctissimo Zimara in solutionibus contradictionum.2.de anima,ꝙ phantasia est duplex,perfecta s.& imperfecta,quæ distinctio ponitur ab Auer.2.de anima.20.vbi ait,Sed tamen debes scire ꝙ in quibusdam animalibus virtus imaginatiua,semper est coniuncta cum sensu,nō quando sensatum est absens,& animal est diminutum.In eis autem quæ sunt perfecta inuenitur absentia sensatorum.Ex quibus verbis habetur,ꝙ phantasia perfecta,reperitur in animali perfecto,& hæc cognoscit in absentia sensibilium.Imperfecta autem inuenitur etiam in animalibus imperfectis,& hæc nō comprehendit nisi in presentia sensibilium,& apud immutationem sensus exterioris secundum conuenientiam,aut disconuenientiam,cum delectatione,aut tristitia.Et hac distinctione posita respondetur,ꝙ Aristo.in.2.de anima.156.loquitur de phantasia perfecta,in tex.autem.20.loquitur de phantasia absolute,hanc etiam distinctionem ponit Themistius.3.de anima cap.68.Sed videtur,ꝙ ista responsio minime ad propositum sit,nam Aristo.in.2.de anima.156.dicit expresse,ꝙ apes,& formicæ,nō habent phantasiam.Et nō potest dici,ꝙ Aristo.ibi loquatur de phantasia perfecta,quæ cognoscit in absentia sensibilium.Nam ad sensum videmus,ꝙ apes mouentur ab obiecto,puta ad flores capiendas,per plura miliaria,etiam hoc patet de formicis,ꝙ moueantur ad obiectum in absentia ipsius.Adhoc respondet Auer.super tex.156.2.de anima,ꝙ Aristo.in tex.posuit apes,& formicas,gratia exempli,& de exemplo nō curatur.Et verba ipsius sunt hæc.Existimatur enim,ꝙ nō omne animal imaginatur,et est animal,quod nō mouetur ad sensibilia,nisi apud presentiam eorum in actu,vt vermes,et muscæ.Apes autem et formicæ necessario imaginantur,apes vero propter artifitium,formicæ autem propter depositionem,sed nō curatur de exemplo,etiam dicit in cōmento.67.2.de anima circa finem;de exemplo autem nō intenditur nisi manifestatio,nō verificatio.Et sic cessat dubium.Albertus magnus aliter respondit quo ad dubium.s.ꝙ in tex.ponitur,ꝙ apes,et formicæ,nō habent phantasiam,et dicit,ꝙ lumbrici terrestres,et muscæ,et talia valde imperfecta animalia nō habent phantasiam.s.perfectam.apes autem,et formicæ bene habent huiusmodi phantasiam,cum talia animalia artifitiose operentur casas,et sibi prouideant in futurum,et in cōmune operentur,et textum Aristo.ex vitio translatoris corruptum fuisse,qui nō intellexit nomina animalium,quæ Aristo.dixit,nō habere phantasiam,et loco illorum posuit apes,et formicas.Ex quo patet,Albertum sequutum fuisse Auerroem nisi in hoc,quia vbi Auer.dixit Aristo.nō curasse de exemplo,dum voluit exemplificare de animalibus nō habentibus phantasiam,enumerando apes,et formicas,quæ habent phantasiam.Albertus hoc rimponit vitio translatoris,sanctus Thomas ad hoc dubium,dicit,apes,et formicas,nō habere phantasiam determinatam,et dicit super tex.156.2.de anima.Sed sciendum est,ꝙ opera prudentiæ formica,et apis,operantur naturali inclinatione,nō ex hoc ꝙ habeant phantasiam determinatam,et distinctam a sensu,non enim phantasiantur aliquid nisi dum mouentur a sensibili,quod autem operantur propter finem quasi prouidentes in futurum,nō contingit ex hoc ꝙ habeant aliquam imaginationem ipsius futuri,sed imaginantur actus presentes,qui ordinantur ad finem ex naturali inclinatione,magis quam ex apprehensione,illa autem animalia dicit philosophus phantasiam habere quibus aliquid secundum phantasiam apparet,etiam dum nō actu sentitur,hæc ille.Ex quibus quæ magis lectori placet eligatur , vnaqueꝗ magni viri est.

Solutio secūdū auer.

De exēplo nō intenditur nisi manifestatio.

Albertus magnus.

Sanctus Thomas.

¶Alio modo potest responderi ad contradictionem,& est responsio Simplicij,quam sequitur Egidius Romanus super tex.156.2.de anima.quæ responsio ponit triplicem phantasiam inueniri.s.perfecta simpliciter,imperfecta simpliciter,& media,quemadmodum dicit,ꝙ animalia in triplici differentia reperiuntur,quædam enim sunt,quæ nō comprehendunt sensibilia,nisi in eorum presentia,sicut animalia valde imperfecta,& hæc habent phantasiam simpliciter imperfectam,quæ reperitur vbiquumꝗ est sensus tactus,& secundum hanc comprehenditur conueniens,& disconueniens.Alia sunt animalia valde perfecta,quæ comprehendunt sensibilia in eorum absentia, dato ꝙ nō sint in actuali exercitio,nec sint presentia alia sensibilia,ad illa ordinata,& ista habent phantasiam perfectam simpliciter.Alia vero sunt animalia media inter ista,in perfectione quæ licet comprehendant sensibilia in eorum absentia,nō tamen de eis memorantur,nisi dum sunt in actuali exercitio,& presentibus alijs sensibilibus ordinatis ad illa,& ista habent phantasiam imperfectam,nō simpliciter,sed mediam.In primo ordine sunt lumbricæ,& muscæ,in secundo sunt homines,& aliqua alia animalia,in tertio sunt formicæ,& apes.Nam apes sciunt reuerti ad locum,in quo inceperant fabricare, & formicæ ad locum in quo inceperant grana recondere, sed tamen horum non memorantur , nisi dum sunt in actuali exercitio faciendi casas , vel recondendi grana , & presentibus alijs sensibilibus quæ ad illa ordinantur. Aristo. ergo quum dixit , omnia animalia habere phantasiam , intellexit de imperfecta simpliciter , quum autem dicit , ꝙ non omnia animalia habent

Alia solutio ad contradictionē sm simplicium.

bent phantaſiam, & excludit apes, & formicas, loquitur de phantaſia perfecta ſimpliciter. Et hoc modo ſecundum iſtos tollitur apparens contradictio.

VTRVM INTELLECTVS INDIGEAT IMAGINATIVA, COGITATIVA, ET MEMORATIVA, SOLVM IN ABSENTIA SENSIBILIVM? CONCORDANTIA. LXII.

AVer.3.de anima.7.ait.Imaginatiua autem,& cogitatiua,& rememoratiua,nō ſunt niſi in loco virtutis ſenſibilis,& ideo nō indiget eis,niſi in abſentia ſenſibilis.Ex quibus clare patet,ꝙ ſolum in abſentia ſenſibilium,intellectus illis indiget. Oppoſitum huius dicit Ariſto.3.de anima.30.vbi ait,propter quod nequaq̄ ſine phantaſmate intelligit anima,& ibi Auer.Vnde habemus,ꝙ ſemper intellectus eget phantaſia,ſiue in preſentia,ſiue in abſentia ſenſibilium,ſi intelligere vult. ¶ Ad hoc dico,ꝙ(vt Ariſto.dicit)neceſſe eſt,quemcūq; intelligentem phantaſma,aliquod ſpeculari.Et ad auctoritatem Auer,dico,ꝙ ſi bene intelligatur,nō eſt oppoſita,nam Cōmentator ibi nō vult,ꝙ intellectus in intelligendo nō indigeat illis virtutibus,niſi in abſentia ſenſibilium,ſed intentio Cōmentatoris eſt,ꝙ in abſentia indiget eis principaliter,& primo & tantum in preſentia autem,nō tantum,ſed quaſi per accidens.Et ſic remouetur dubium.

VTRVM MATERIA PRIMA HABEAT INTENTIONEM ALICVIVS VNIVERSALIS DE PLVRIBVS PREDICABILIS SICVT GENVS? CONCORDANTIA. LXIII.

AVer.5.metha.29.ait,materia prima eſt tanquam genus altiſſimum.Vbi per genus altiſſimum,genus generaliſſimum intelligitur.Ex quibus habetur,materiam primam intentionem vniuerſalis de pluribus predicabilis habere.Nam ſi ſicut genus generaliſſimum eſt,conſequens eſt,ꝙ intentionem vniuerſalis habeat,& vt genus de pluribus predicetur.Huius oppoſitum habetur expreſſe ab ipſo Auer.1.metha.17.vbi ait,poſt multa,& ideo genus habet predicari de pluribus ſpeciebus,& de indiuiduis illarum ſpecierum.Materia autem nō poteſt predicari de ſpeciebus generatis ex ea.Antiqui autem,& maxime Alexander,ſcripſerunt demonſtratiue,ꝙ genus eſt aliud a materia.Hoc etiam aſſerit in multis alijs locis. ¶ Ad hoc faciliter reſpondetur,& dico,ꝙ materia ſit ſicut genus generaliſſimum,quantum ad propoſitum ſpectat,poteſt dupliciter intelligi,vno modo.ſ. quantum ad predicationem,& ſic ſimilitudo nō intelligitur,tunc enim ſi ſic intelligeretur,manifeſte ſibi ipſi contradiceret Auer. Alio modo poteſt intelligi quantum ad reſolutionem,& hoc modo eſt iſta ſimilitudo,& ſic intelligitur,nam ſicut genus generaliſſimum,nō habet ſuperueniens genus in quod poſſit reſolui.(Sunt enim decem genera generaliſſima vt dicit Porphyrius tanquā decem rerum principia,principij autem proprium eſt primum eſſe.5.metha.1.)ſic prima materia nō habet priorem,in quam reſoluatur.Et ſic nulla quo ad hoc ambiguitas remanet.

ꝙ materia ſit ſicut genus hoc dupliciter poteſt intelligi.

VTRVM INTELLECTVS SIT INFATIGABILIS? CONCORDANTIA. LXIIII.

AVer.1.phyſicarum auſcultationum.5.in fine ait,& cum vigoratur intellectus &c.Ex quibus habetur,intellectum vigorari,& per conſequens fatigari.Oppoſitum huius habetur ex doctrina Ariſto.in.3.de anima.7.vbi ponit differentiam,inter intellectum & ſenſum. ¶ Ad hoc quidam dicunt,ꝙ fatigatio,dupliciter poteſt ſumi,vno modo,pro reſiſtentia merito virtutis in contrarium tendentis ipſi virtuti agenti,qualis inuenitur in naturalibus corporibus,quæ cōmunicant in materia.Alio modo accipitur pro omni ineptitudine ſubiecti ad receptionem alicuius operationis.Ad propoſitum ergo dicunt,intellectum fatigari.ſecondo modo laſſitudinis,cum multis intelligibilibus fiat ineptus,& hoc modo remouent contradictionem.Sed hęc reſponſio niſi aliud dicatur,nulla eſt ad propoſitum,nam ſequeretur,ꝙ intellectus per ſe aliquibus intelligibus eſſet aptior,aliquibus ineptior, hoc autem eſt derriſibile apud Ariſto.& Auer. quoniam intellectus ad omne intelligibile ſumme inclinatur ergo de ſe nulli eſt ineptior.Et ideo aliter dicendum eſt,vt dicit Auer.3.de anima.7.qui ait,& ideo nō oportet obijcere huic argumento,ex eo ꝙ accidit in intellectu de tranſmutatione propter tranſmutationem virtutum imaginationis,& maxime cogitatiuæ.In intellectu enim exiſtimatur accidere fatigatio,hoc modo,& nō eſt ita,niſi accidentaliter.Virtus enim cogitatiua,eſt de genere virtutum ſenſibilium, imaginatiua autem,& rememoratiua,nō ſunt,niſi in loco virtutis ſenſibilis hæc ille.quæ reſponſio in hoc conſiſtit,ꝙ ſi intellectus fatigatur,hoc nō eſt eſſentialiter,& immediate,ſed ſolum accidentaliter,& mediate,propter tranſmutationem factam in virtute cogitatiua,imaginatiua,& memoratiua,quæ deſeruiunt intellectui in operando,quibus eſſentialiter,& immediate,accidit tranſmutatio,quia ſunt virtutes in corpore.Vnde ad propoſitum,fatigabilis eſt intellectus per accidens,nō autem per ſe,ſeu ratione ſui.Et ſic vigoratur,quia per ætatiuum decurſum redditur virtus cogitatiua apta vti diſcreptione.i.ſeparatione imaginum,quæ ſimul venerunt ad phantaſiam.qua ſeparatione facta,poſſibilis eſt intentionis vniuerſalis,abſtractio in intellectu poſſibili,ab intellectu agēte.Et ſic apparens contradictio remouetur.

Intellectus ad oē intelligibile ſūme inclinatur.

VTRVM DETVR MINIMA CARO? CONCORDANTIA. LXV.

ARiſto.1.phyſicarum auſcultationum.38.dicit.Carnis autem determinata eſt quantitas in magnitudine,& paruitate.Ex quibus habetur ꝙ datur.Oppoſitum huius habetur ab ipſo philoſopho in dicto primo.39.vbi ait,ſecundum quantitatē quidem

Responsio Burlei & achillini. quoniam nõ est minima magnitudo. Ad hoc respondet Burleus super dicto loco,& Alexander achillinus,& dicunt ꝙ caro est res naturalis,ideo terminatæ quantitatis,sed magnitudo est res mathematica,& ideo nõ est terminata. Vnde secundum istos responsio stat in hoc,ꝙ Aristo.diuersimode loquutus fuit de magnitudine,videlicet in tex.38.loquutus fuit de magnitudine naturali,in.39. tex.loquutus fuit de magnitudine mathematica.Sed cum supportatione dico,ꝙ isti viri decipiuntur,& videtur,ꝙ nõ bene considerauerunt intentionem Aristo.ibi,& ꝙ suum Cõmen.Auer.nõ viderunt,nec optimos expositores. Impugnatio. Nam Aristo.in vtroq; tex.de magnitudine naturali loquutus fuit,sed in primo tex.secundum rei veritatem,& consensum proprium,in secundo vero,dicit illud secundum Anaxagoram,Nam ibi(vt patet)ad hominem loquitur,& arguit contra ipsum.Et sic nõ est contradictio in dictis Aristo. & ꝙ hæc sit mens Auer.patet,si bene eius verba ponderemur in expositione dicti tex.39.vbi ait,in quantitate vero,quia partes consimiles,quas intelligentia diuidit,ab inuicem sunt apud ipsum mixtæ mixtione infinita,& in omni parte,quam diuidit sunt partes infinitæ.Et sic nititur distinguere secundum quantitatem quod nunquam distinguet,quid enim clarius si hæc verba considerentur:hoc etiam asserit Simplicius.hoc etiam dicit.s.Thomas in expositione istius tex.Et hoc sufficit.

VTRVM HOC NOMEN HOMO, AEQVIVOCE DICATVR DE HOMINE DOCTO, ET INDOCTO, SICVT DE VIVO ET MORTVO: CONCORDANTIA. LXVI.

AVer.in prologo phy.loquendo de vtilitate scientiæ naturalis dicit,& in hac scientia manifestum est,ꝙ predicatio nominis hominis perfecti a scientia speculatiua,& nõ perfecti,siue nõ habentis aptitudinem,ꝙ perfici possit,est æquiuoca,sicut nomen hominis predicatur de homine viuo,& de homine mortuo,siue predicatio hominis de rationali,& lapideo.Ex quibus habetur,ꝙ hoc nomen homo æquiuoce dicitur,& consequenter ratio ipsius nõ vniuoce dicitur.Oppositum huius habetur ab Aristo.3.metha.15.vbi dicit,in indiuiduis vero nõ est hoc prius & illud posterius,& clarum est,ꝙ indiuidua alicuius speciei nõ æquiuoce sunt sub illa. Responsio aliquorũ. Ad hoc respondent multi,& dicunt,ꝙ homo doctus,& indoctus,vno modo possunt considerari,quo ad actum primum,& hoc modo homo de eis vniuoce dicitur,quia in his quæ sunt vnius speciei,nõ est hoc primum,& illud posterius,vt bene dicit textus aductus.Alio modo considerari possunt,quo ad operationem,& isto modo homines docti,& ignari,nõ sunt vniuoce homines.Vnde.7.metha.39.manus operans,& lapidea æquiuoce sunt manus.Et isto modo isti difficultatem effugiunt. Impugnatio. Sed ista expositio se ipsam destruit,quia.1.cœli.19.illa quæ habent eandem diffinitionem,habent eandem formam,& eandem operationẽ.ergo implicat dicere homines habere eandem formam,& nõ habeant aptitudinem ad operationem illius formæ.Confirmatur,quia in disputatione.6.in solu.6.dubij inquit,posuerunt peripatetici,ꝙ passio ducit nos in cognitionem materiæ,& actio in cognitionem formæ.¶Vnde aliter dicendum est,ꝙ hoc nomen homo potest summi vno modo,vt dicit diffinitionẽ hominis mere substantialem,& per intrinseca ipsi homini datam,vt animal rationale.Et hoc nomen homo sic sumptum,nõ dicitur æquiuoce de homine docto,& indocto,quia talis diffinitio vnicuiq; eorum competit.Alio modo potest summi hoc nomen homo,vt dicit quandam diffinitionem sumptam,ex fine extrinseco ipsius hominis s.felicitate.Et isto modo sumptum hoc nomen homo,adhuc dupliciter potest summi,secundum ꝙ duas potest importare diffinitiones,s.secundum ꝙ homo duas felicitates potest habere. Homo duas felicitates potest habere. Nam de intentione Auer.imo Aristo.10.ethi.9.est,ꝙ homo duas habere potest felicitates,vna est politica secundum virtutes morales,& hæc est in appetitu sensitiuo,(licet nõ nulli oppositum sentiant)hoc etiam habet Aristo.6.ethi.9.& istam felicitatem possunt omnes consequi,& de hoc nomine homo,vt importat diffinitionem datam per hanc felicitatem,nõ loquitur Auer.quum dicit,ꝙ æquiuoce dicitur &c. Alia est felicitas,quæ competit homini secundum ꝙ est in eo aliquod diuinum,& secundum hoc homo est felix per scientias speculatiuas,& istud nõ omnes participant,sed solum philosophi,qui speculatiuis incumbunt,& nõ alij.Licet glorientur,vt sunt isti morales & cæteri artifices.Vnde Gregorius bisenus in libro de libero arbitrio dicit,ꝙ secũdum Aristo.intellectus separatus,nõ est participans ab omnibus,nisi a Doctis.Et de hoc nomine homo vt importet diffinitionem datam per istam felicitatem,loquitur quum dicit,ꝙ ęquiuoce dicitur homo de docto & indocto.Et sic omne dubium remouetur.

VTRVM OMNE COMPOSITVM SIT NOVVM: CONCORDANTIA. LXVII.

AVer.12.metha.39.ait,& omne compositum est nouum,nisi dicant aliqua componi per se,& si aliquo essent,quę componerentur per se,tunc exirent de potentia in actum per se,& mouerent sine motore per se.Hoc etiam affirmat in libro destructionum dispu.3.sol.19.dubij.Oppositum huius habetur ex doctrina Auer.3.de anima.5.& in pluribus alijs locis,ꝙ in omnibus intelligentijs citra primam,est aliqua compositio,& in anima intellectiua,& in corporibus cœlestibus.Et tamen nouitas nõ est. Responsio Ioãnis andegauẽsis. ¶Ad hanc contradictionem apparentem plures inueniuntur responsiones,quarum vna est Ioannis andegauensis glosantis prædictam propositionem hoc modo,s.omne compositum est nouum.i.dependens.Et hoc modo glosata hac propositione omnis ambiguitas,& contradictio remouetur,quia clarum est,ꝙ omne compositum dependet a suis principijs componentibus. Improbatio. Sed ista responsio est pura fuga.& contra Auer.vt clarum est recte eius verba consideranti.Nam Auer.quasi declarat se ipsum,quid intelligat per ly nouum variando vocabula.Nam aliquando dicit nouum,aliquando possibile,vt patet in libro destruc.dispu.3.sol.19.dubij.vbi dicit,sed id quod posuit.s.ꝙ omne causatum est possibile esse,nõ verificatur nisi in causato composito,sed impossibile est inuenire,quid compositum æternale,ergo quodlibet possibile esse,est nouum.Et sic patet,qualiter sua glosa voluntaria est.Nec etiam possumus dicere,ꝙ vbi est dependentia,ibi nouitas.Nam potest dependentia esse,absq; nouitate,vt patet ex.2.cap.de substantia orbis,&.1.metheoro.ad principium,vbi philosophus ait,est autem ex necessitate,continuus iste superioribus lationibus vt omnis ipsius virtus gubernetur inde,&.12.metha.38.loquens de Deo ait,ex tali igitur principio dependet cœlum,& natura.Vnde ista responsio nulla est.Sunt & aliæ responsiones,quarum vna ponitur a Suessano super libro destructionum dispu.3.sol.dubij.19.

sed quia omnes iste responsiones satis diffuse recitantur & impugnantur a Zimara, ideo breuitatis gratia omitto. Vnde omnes responsiones, quas in hac materia vidi, nullam meliorem inspexi responsione a Doctissimo Zimara posita theo. 41. (quidquid plurimi moderni ad hoc dicant) motus ab ipsa veritate loquor. Intentio enim mea est ipsam veritatem (vt mihi est possibile) ante ponere, a quoquumq; dicatur. Nam sicut scribit philosophus primo ethico. cap. 7. pro defensione veritatis etiam propria impugnare oportere, presertim philosophos magis forsan existimandum est, nam cum ambo sint amici, pium est veritatem in honore praeferre. Nec aliquis admirationem sumat, si me aliquando inspexerit in hoc libello referre alicuius doctoris responsionem, aut sententiam, pro prio verborum contextu, ab illo doctore posito. Nam veritatis gratia, & lectoris vtilitatis, & nō inanis glorię auiditate, hunc sumpsi laborem, & nō vt ab alijs veritatem positam meorum verborum ornatu patefacerem. Vt his temporibus plurimum euenit. Videmus enim pluries aliquod a modernis dictum tantum in elegantia ac synonymis methaphorisq; consistere, quod in vtile & a doctrina demonstratiua alienum reputo, si Auerroi credimus, potius. n. colligere aliorum benedicta, vbi alicuius determinationem inueni fuit intentio, q̄ aliud agere nisi vbi aliorum determinatio mihi nō placuerit. ideo ne mireris preuisum. n. fuit a me hoc. Ad propositum igitur dico, ꝙ responsio talis est, ꝙ animaduertendum est, ꝙ in quolibet composito necesse est, ꝙ vnum concurrat vt actus, & reliquum vt potentia, vt patet ex. 8. metha. 15. Vnde. 2. de anima. 7. nō oportet quaerere si vnum est anima, & corpus, sicut neq; cera & figura, neq; omnino vniuscuiusq; materia & id cuius est materia. Vnum enim, & esse, cum multipliciter dicantur, quod vere est, actus est. Potentia autem, pro nunc est in duplici differentia, quaedam est potentia simplex, quae videlicet est ad vnum, quaedam vero est potentia multiplex. Appello autem multiplicem potentiam, quae est ad opposita, sicut est potentia contradictionis, sicut est potentia quae est in prima materia. Nam per talem potentiam res potest esse, & nō esse, vt patet. 7. metha. 22. & 53. & talis dicitur potentia in substantia, vel ad esse, secundum Auer. in libello de substantia orbis. dicit enim iuxta principium. 2. cap. ꝙ omne in quo nō est potentia nisi ad duo contradictoria, est potentia, quae est in substantia. Et dictum philosophi. 9. metha. 17. de ista veritatem habet, videlicet, ꝙ omnis potentia passiua, est potentia contradictionis. Et ideo dum quaeritur, Vtrum omne compositum sit nouum? intelligendo per nouum possibile, & nō dependens, (vt Ioannes dicebat) quod videlicet potest esse, & nō esse. De composito distinguendum est, quia si ex passiua potentia quae est contradictionis potentia compositum fuerit, sicut ista generabilia, & corruptibilia, sunt in quibus suae possibilitatis & generabilitatis talis potentia est causa vt in primo cap. de substantia orbis Auer. dicit, & in secondo declaratum est, ꝙ corruptionis entium & eorum factionis causa est, contrarietas in suis formis existens, & cōmune subiectum quod formam propriam nullam habet, sed ad omnem formam in potentia est. Et in. 2. cap. inter corpora coelestia, & generabilia differentiam ponens dicit, ꝙ generabilia corpora ex substantia in potentia, componuntur & ex dimensionibus in potentia. Sic igitur omne tale compositum isto modo est nouum, & possibile. Si autem sermo erit de composito ex substantia in actu, & ex dimensionibus in actu, sicut sunt corpora coelestia, quae ex orbe qui est materia in actu componuntur, & rectius dicitur subiectum, q̄ materia (vt ait Auer. 8. metha. 12. & in. 2. capite de substantia orbis) nam nō est in tali orbe potentia nisi ad vbi tantum, nō est potentia ad esse. & nō esse, sicut in prima materia est. Sic tale compositum nouum nō est, sed antiquum, seu aeternum secundum philosophos. Et eodem modo anima intellectiua quae ex intellectu possibili & intellectu agente, composita est, quia ibi nō est potentia ad substantiam. Nam intellectus possibilis est materia intelligibilium, & recipit alio modo quam recipiat materia, ibi talis compositio stat cum aeternitate in substantia, & similiter compositio ex actu, & potentia, in reliquis intelligentijs, citra primam, stat cum aeternitate, & cum necessitate essendi. Et hoc modo intellecta Auer. propositio omnem dubitationem fugat. Si difusius ista vis videre & responsiones ad alia dubia circa hoc emergentia vide Zimaram in loco praedicto.

Potentia duplex.

In orbe nō est potētia nisi ad vbi.

VTRUM MOTUS SIT IN PREDICAMENTO PASSIONIS VEL IN ALIIS? CONCORDANTIA. LXVIII.

Aristo. 3. phy. 4. ait, mutatur enim semper id quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum locum. Cōmune autem in his nullum est accipere, sicut diximus, quod neq; hoc, neq; quantum, neq; quale, sit neq; aliorum predicamentorum nullum. Ex quibus patet Aristo. collocare motum in quatuor predicamentis. Oppositum huius habetur ab ipso Aristo. in libro predicamentorum vbi collocauit motum solum in predicamento passionis. ¶ Ad hoc dimissis aliorum verbis, Dico, ꝙ huic dubitationi satisfacit Auer. in cōmento. 4. 3. phy. vbi mouet hanc dubitationem. Et soluendo dicit, ꝙ motus sumitur dupliciter, vno modo pro perfectione, quae acquiritur per motum. i. forma quae acquiritur per motum. Vnde in omni motu est terminus a quo, & ad quem, vt istud vbi a quo recedit, est terminus a quo, & istud, ad quod accedit, est terminus ad quem. Similiter in motu alterationis, terminus a quo abijcitur, per motum, & terminus ad quem, est, quod acquiritur. Similiter in alijs. Motus primo modo est forma quae fluit in motu. i. quae continue acquiritur per motum, vt aqua frigida quae calefit per horam, motus calefactionis est illa forma caliditatis quae continue intenditur in subiecto. Et iste motus nō differt a termino motus, nisi secundum magis, & minus, quia eadem caliditas a principio vsq; ad finem est eadem specie, vt albedo inten sa, & remissa nō variant speciem sed est differentia accidentalis quae insequitur materiam, & nō formam, sicut. 5. phy̅. 9. forma quae fluit in motu, nō differt nisi, vt puer a viro, ita est de forma quae est in motu. Et dicit Auer. ꝙ recte dictum est, quia motus est generatio formae per partem, post partem, donec illa forma compleatur. Et hoc fuit dictum Alpharabij (vt notat Albertus) a quo Auer. accepit. Pro quo videas Zimaram in sol. contrad. 3. phy. secunda acceptio motus est pro via, qua ista forma acquiritur. Quando aqua calefit est ibi caliditas, quae fluit, est secondo illa transmutatio, per quam caliditas acquiritur, vt illa transmutatio con iuncta cum tempore, istud est motus, pro via. Differunt autem ista duo, quia via, aliud est a termino viae, vt si vado Romam, est terminus vię, & iter per quod vado, istud iter est distinctum, a termino viae ita in motu est terminus transmutationis, quae est forma fluens, quae est alia a via transmutationis, quae est fluxus formae. Et ideo differentia est inter motum pro forma fluente, & pro fluxu formae, quia motus pro forma fluente, nō differt a se ipso vt perfectum ab imperfecto. sed motus pro fluxu formae, est res distincta, a termino motus. Secundo differt, quia motus pro forma fluente, est in diuersis predicamentis, & est forma per mixta po-

Motus sumitur dupliciter.

tentiæ, quæ vt est terminus motus, dicit perfectionem distinctam ab imperfectione, tamen nõ differt essentialiter, quia albedo vt sex, & vt octo, est in eodem predicamento. Similiter de alijs, sed motus pro fluxu formæ est in predicamento passionis, & ideo Aristo. bene dixit in. 3. phy. ꝙ motus est in quattuor predicamentis, quia sumit motum pro forma fluente, & in predicamentis sumit motum pro fluxu formæ. i. pro via. & iste modus est magis famosus, & ideo de eo loquutus est in predicamentis, quia prima facie vnusquisq; per motum intelligit illam transmutationem coniunctam cum tempore, in physicis autem, quia naturaliter loquitur de vera realitate motus, quę est forma acquisita per motum, ideo ponit eum in quattuor predicamentis. Et hæc est magis propria naturali, illa autem in predicamentis est magis propria artifici rationali. ¶ Sed aliquis posset dicere ꝙ nõ habet locum in quattuor generibus ista motus distinctio, quia substantia, quantitas. & vbi, nõ recipit magis & minus, ergo solus motus alterationis posset sumi pro forma remissa. Huic dubitationi satisfacit Zimara super. 3. physicæ auscultationis. 4. & etiam Burleus ibi, ꝙ per formam diminutam possumus intelligere formam remissam, & sic motus nõ est nisi in predicamento qualitatis. Alio modo per formam diminutam possumus intelligere formam in potentia, vt aqua calida, vt vnum, nõ dicitur calefacta, quia si quælibet forma remissa diceretur moueri sequeretur, ꝙ quodlibet remissum diceretur moueri, quod est falsum. Motus ergo pro forma fluente, nõ dicitur de forma remissa, sed de forma remissa. i. diminuta, sub qua mobile nõ quiescit, sed ad vlteriorem perfectionem tendit, & sub ea mobile nõ quiescit. Et sic forma illa dicitur esse motus. Motus enim duo dicit. s. formam diminutam, & formam tendentem ad vlteriorem perfectionem, & ista forma nõ distinguitur a termino motus, nisi accidentaliter, secundum ꝙ perfectum, ab imperfecto distinguitur. & ista forma si est in substantia dicitur generatio, si in quantitate, est augmentatio & c. Et sic tollitur dubium.

Dubitatio

Responsio

VTRVM MOTVS PRO VIA, SIT IN PREDICAMENTO PASSIONIS? CONCORDANTIA. LXIX.

AVer. 3. phy. 4. in digressione, qua quæritur. Vtrum motus sit in pluribus predicamentis, ait, secundum autem, ꝙ est via ad perfectionem, necesse est, vt sit genus per se, via enim ad rem est aliud ab ipsa re, & secundum hoc fuit positum predicamentum per se. Ex quibus habetur ꝙ motus pro via est in predicamento passionis, vt ibi patet. Oppositum huius videtur velle ipse Auer. 5. phy. 9. vbi ait. Et videtur ꝙ si potentia ad vnum quodq; predicamentum, est in illo genere predicamenti, quod est in actu, & similiter via de potentia ad actum. s. si potentia ad substantiam, est quoquomodo in predicamento substantiæ, & similiter via ad generationem substantiæ, & similiter potentia ad quantum, & ad alia predicamenta. Et sic habetur, ꝙ motus pro via est in genere termini ad quem. ¶ Ad hoc respondeo, & dico, ꝙ Auer. in. 3. phy. per viam sumit viam formaliter pro transmutatione coniuncta cum tempore, & isto modo nõ est in eodem predicamento cum termino viæ. Alio modo sumitur via pro materiali illius viæ, vt caliditas quæ consideratur sub esse imperfecto, dicitur esse via sibi met, ad gradum perfectum, & sic via nõ distinguitur a termino viæ, nisi accidentaliter. Et sic tollitur contradictio.

VTRVM QVILIBET MOTVS, SIT DE CONTRARIO IN CONTRARIVM? CONCORDANTIA. LXX.

ARisto. 1. phy 43. ait, ꝙ omnis motus fit ex contrario in contrarium, & pluries hoc dicit maxime in. 5. phy. Oppositum habetur. 1. cœli. 30. & pluries in libro cœli. Ex quibus habetur, ꝙ motus cœli nõ est de contrario in contrarium. Ad hoc dicitur (vt dicit ipse Auer. 1. phy. 43.) ꝙ quando Aristo. dicit, ꝙ motus fit de contrario in contrarium, habet veritatem in his, in quibus actio & passio, est quasi genus, & non in omnibus. Et sic intellexit Aristo.

VTRVM MOTVS HABEAT CONTINVITATEM A MAGNITVDINE, VEL A TEMPORE? CONCORDANTIA. LXXI.

ARisto. 5. phy. 23. ait. Continue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum deficit rei, nõ temporis. Nihil enim prohibet deficientem rei, nõ temporis. Ex quibus clare apparet, ꝙ ad continuationem motus necessario requiritur continuatio temporis, nõ autem continuatio magnitudinis. Oppositum huius habetur. 6. phy. 5. & ibi Auer. dicit, ꝙ causa continuationis motus, est continuatio magnitudinis, & ꝙ motus est æqualis magnitudini, & partes eius partibus istius. Et habetur ex cõmento. 7. & 8. eiusdem. 6. etiam habetur ex. 5. metha. 18. etiam dicit ipse Auer. 6. phy. 73. clare, ꝙ continuatio primo inuenitur in magnitudine, & propter magnitudinem inuenitur in motu, & propter motum in tempore. Et pluries habetur ab ipso Auer. ¶ Ad hoc dico, & si secundum modum exponendi literam philosophi, (vt Simplicius exponit) nulla sit contradictio, tamen sequendo cõmunem expositionem istius textus ad contradictionem dico, ꝙ ad hoc respondent aliqui moderni, & pro solutione sumunt illud quod dicit Auer. 3. phy. 1. in fine vbi ait, ꝙ de continuo duæ diffinitiones inueniuntur, vna est, ꝙ continuum est illud, quod potest diuidi in infinitum. Altera est, ꝙ continuum est illud, in cuius medio, potest poni terminus cõmunis duabus partibus. hac distinctione posita, dicunt, ꝙ de continuatione motus, dupliciter loqui possumus, secundum ꝙ de continuo ipso habemus diffinitiones duas. Si loquimur de continuatione motus, pro vt motus dicitur continuus, pro quanto potest diuidi in infinitum, tunc dicunt, ꝙ hanc continuationem habet a magnitudine, & necessario requiritur magnitudinis continuatio, vt ipse motus hoc modo continuus dicatur, & hoc modo dicunt, ꝙ loquitur Aristo. & etiam Auer. vbi dicunt, ꝙ motus est continuus a magnitudinis continuatione. Si vero loquamur de continuatione motus, pro vt motus dicitur continuus, pro quanto habet terminum cõmunem duabus partibus, dicunt, ꝙ ad hanc continuationem necessario requiritur continuatio temporis, nõ autem magnitudinis, & sic loquutus fuit Aristo. 5. phy. 23. & hoc modo soluunt contradictionem. Ista solutio licet sit magnorum virorum, videtur dubia, dato ꝙ verum accipiat. s. illud quod dicit Auer. 3. phy. 1. s. ꝙ de continuo duæ ineueniuntur diffinitiones, tamen videtur dubium illud quod dicit, ꝙ motus habeat a tem-

pore continuationem pro vt continuum eſt illud cuius partes habent cõmunem terminum, quia tempus quomodocũꝙ capiatur, videtur, ꝙ hoc nõ ſit dicendum. Nam tempus vt dicit Auer. 4. phy. 109. dupliciter capi poteſt. Vno modo pro eſſe materiali. Alio modo pro eſſe formali, ſi ſumitur pro eſſe materiali, ſic idem eſt cum motu, & ſic non poſſumus dicere, ꝙ motus habeat talem continuationem a tempore, quia eſſet, ac ſi diceremus, ꝙ motus habet hoc a ſe ipſo, quod abſurdum eſt dicere. Si vero ſumatur pro eſſe formali: ſic tempus eſt numerus, & menſura motus, & vt ſic. (vt patet per Ariſto. 4. phy. cap. de tempore) habet menſurare, & nõ dicit Ariſto. ꝙ habet dare continuationem. Quod tempus ſumptum his duobus modis ſic ſe habeat, patet per verba Auer. ibi vbi ait, dicamus igitur ad hoc, ꝙ extra mentem non eſt niſi motum, & motus, & tempus, non fiunt, niſi quando mens diuidit motum in prius & poſterius. & hæc eſt intentio motus. i. motum eſſe numeratum, ergo ſubſtantia temporis, quæ eſt in eo quaſi forma, eſt numerus, & quod eſt in eo quaſi materia, eſt motus continuus, quoniam non eſt numerus ſimpliciter, ſed numerus motus. Continuatio igitur accidit ei gratia materiæ, & diſcretio. ſ. numerus gratia formæ. Præterea facit difficultatem contra ſuam ſolutionem illud quod dicit Auer. 6. phy. 73. ꝙ continuatio inuenitur in tempore propter motum, & hoc etiam dicit in. 109. 4. phy. ꝙ continuatio accidit tempori gratia materiæ, & quod eſt in eo quaſi materia, eſt motus continuus. Si igitur propter motum in tempore eſt continuatio, quomodo verum eſt, ꝙ motus ſit continuus a tempore? videtur potius totum oppoſitum dicendum. Et ſi diceretur, ꝙ verum eſt, ꝙ in tempore eſt continuatio propter motum, & ꝙ motus nõ habet continuationem a tempore, tamen veritatem habet loquendo de continuo, pro vt eſt diuiſibile in infinitum, quia talem continuationem habet a magnitudine, & nõ a tempore, & ſic bene ſtant ſimul, ꝙ in tempore ſit continuatio propter motum, & ꝙ motus ſit continuus a tempore, ſecundum ꝙ continuum diuerſimode conſideratur. (vt dictum fuit) Dico, ꝙ nõ video, quo pacto iſta non ſint voluntaria dicta, cum verba Auer. ſint nimis clara, & a gloſa aliena, maxime ſi aliter contradictio ſaluari poteſt. Ideo dicendum ad cõtradictionem, ꝙ verum eſt, ꝙ continuatio motus capiatur a magnitudine, & ꝙ Ariſto. in. 5. phy. 23. (ſi bene intelligatur oppoſitum) nõ dicit, quia ibi Ariſto. nõ loquitur de continuatione motus, quia de tali continuatione alibi aget, ſed loquitur de ſubiecto motus, vt tranſit de contrario in contrarium ꝑ medium. ꝑ continuã mutationem, & ad hoc verum eſt, ꝙ requiritur neceſſario continuatio temporis. Et ſic apparens contradictio tollitur.

Tẽpus dupliciter capi poteſt.

Reſponſio ad cõtradictionem.

VTRVM MOTVS SECVNDVM PARTEM, REDVCATVR AD MOTVM PER ACCIDENS? CONCORDANTIA. LXXII.

AVer. 5. phy. 1. ait, & iſte modus reducitur ad illum, qui eſt per accidens. Ex quibus clare habetur, ꝙ ad per accidens reducitur. Oppoſitum huius videtur innuere per illud, quod immediate ſubdit in eodem co. vbi ait, & eſt quaſi medium inter illud, quod eſt per accidens, & illud quod eſt per ſe. Ex quibus habetur, ꝙ per accidens eſſe nõ poteſt talis motus. nam ſi medium eſt vnum extremorum, inter quę mediat medium eſſe nõ poteſt, nõ enim veri medij naturam haberet. ¶ Ad hoc reſpondetur, ꝙ vt ad propoſitum ſpectat, per accidens dupliciter capi poteſt, vno modo cõmuniter, pro vt ad motũ ſecundũ partem, & ad motum per accidens, ſtricte ſumptum cõmune eſt, & hoc modo ab Ariſto. ſumitur in eodem. 5. tex. 6. Alio modo ꝑ accidens ſtricte ſumitur. ſ. pro motu illius, quod ad motũ alterius mouetur, & nullo pacto ꝑ ſe moueri poteſt. Hoc ſtãte dico, ꝙ Auer. nõ ſibi ipſi cõtradicit, quia ꝑ accidens nõ eodẽ modo ſumit, quãdo dicit, ꝙ motus ſecũdũ partẽ reducitur ad ꝑ accidens, et qñ dicit, ꝙ mediat inter ꝑ accidens, & ꝑ ſe, ſumit ly ꝑ accidens. 2. modo, et ſic patet, qualiter nõ ſibi ipſi cõtradicit Auer. Alię vię eſſent ad reſpõdendũ; tamẽ hęc videtur de mẽte Auer. ipſius enim in hoc opuſculo intẽtionẽ oſtẽdere intẽdimus, & ſi nõ formaliter hoc dicat, virtualiter tamẽ.

Per accidẽs dupliciter.

VTRVM SENSVS COGNOSCAT SVVM ACTVM? CONCORDANTIA. LXXIII.

ARiſto. 2. de anima a tex. 136. vſꝙ ad tex. 145. dicit, ꝙ per eandem virtutem puta viſiuam cõprehendimus colorem, & cõprehendimus nos cõprehendere colorẽ. Et ꝙ hæc ſit mens Ariſto. Ariſto. n. mouit quæſtionẽ hanc, & ꝙ nõ altero ſenſu ſentiat ſuum actum, oſtendit, & rationes hoc probãtes nõ perſoluit, ſoluit autem rationem qua oppoſitũ probatur, igitur eius intentio eſt pars affirmatiua. ſ. ꝙ ſenſus exterior ſuã cognoſcat operationẽ. Hoc etiam habetur ab ipſo Auer. ꝑ plura dicta in expoſitione textuũ. 138. & 139. & 140. quæ breuitatis ſtudio omittuntur. Oppoſitum huius dicit Ariſt. 4. metha. 25. cõtra antiquos dum ait. Nõ enim ſenſus ſui met eſt, ſed eſt aliquid alterum propter ſenſum, quod prius eſſe ſenſu neceſſe eſt. Hoc etiam expreſſe dicit in. 1. de anima in thimeum arguens tex. 46. vbi ait. Primũ quidẽ igitur nõ bene dicitur animã magnitudinẽ eſſe eam enim quæ vniuerſi manifeſtum, ꝙ talem eſſe vult, qualis eſt aliquãdo vocatus intellectus, nõ enim velut ſenſitiua eſt, neꝙ vt deſideratiua, harũ enim motus nõ circulatio eſt. Amplius Ariſto. in libro de ſomno & vigilia expreſſe dicit, quoniã autẽ exiſtit ſecũdũ vnũquemꝙ ſenſum hoc quidẽ aliquid propriũ, illud vero aliquid cõmune, propriũ quidẽ velut viſui videre, auditui autẽ audire & alijs ſecundũ eundẽ modũ. Eſt autẽ quędã & cõmunis potentia quæ ſequitur omnes, quia & quod videt, & audit, & ſentit, nõ enim viſu quidẽ videt, quoniã videt & iudicat. Et expreſſe hoc habetur ex libro de continuatione intellectus abſtracti cũ homine, vbi dicitur, virtutes aprehendentes materiales. ſ. ſenſitiuę nõ aprehendunt ſe ipſas, neꝙ finẽ ſuæ diſpoſitionis. Etiã Auer. 1. de anima. 46. ait, motus enim iſtarũ, & actio earũ, nõ aſſimilatur circulationi, ſicut actio intellectus apud eos aſſimilatur circulo, quia reuertitur ſupra ſe, & intelligit ſe, & ideo aſſimilat ipſum Ari. ſpherę. Quod ipſe Auer. ſit huiuſmodi ſentẽtiæ, patet ꝑ eius verba, ſi bene põderentur. 3. de anima 8. vbi ex eius verbis dũ dicit, ꝙ intellectus intelligit ſe ipſum ꝑ accidens, talis rõ colligit̃ ad hoc propoſitũ. Si ſenſus intelligit ſuũ actũ, & ſupra ſe reuertitur, hoc eſt vel ꝑ ſe, vel ꝑ accidens, cũ inter iſta nõ detur mediũ. nõ ꝑ ſe, quia ſi ſic, virtus ſenſitiua eſſet ipſa potẽtia intellectiua nobilior, atꝙ pſtãtior, qđ abſurdũ eſt, & a rõne remotũ. Si autẽ dicat̃, ꝙ hoc eſt ꝑ accidens, ſequit̃ aliud incõueniens, ꝙ virtus ſenſitiua coincidit cũ intellectu materiali, qđ abſonũ eſt. Relinquit̃ ergo de mẽte Auer. ꝙ ſẽſus exterior nullo mõ ſuũ actũ ſẽtiat. Hęc eſt etiã intẽtio Auer. i cap. 1. de ſub. orb. vbi reprehẽdit Auic. ponẽtẽ formas mãles mouẽtes corpa cęleſtia. Nã ibi ponit̃ ab Auic. ꝙ formę, q̃bus mouẽtur corpa cœleſtia, ſunt alię ab eis, ad quas mouẽtur, et ꝙ illę, q̃ debẽt eſſe nõ i mã oino,

& ꝙ quæ carent situ, sunt formæ, ad quas mouentur, cũ tamen illę, in quibus mouẽtur, sint formę in materijs. Ex quo habetur, si bene verba Auer. ibi intelligãtur, ꝙ formę materiales nõ mouẽtur ad se ipsas, & in eis nõ est circulatio, & cõsequẽter nõ cognoscunt suos actus. Et Auic. (vt patet recte inspicienti) nõ reprehenditur ab Auer. in hac re, nisi quia in cœlo ponebat formas mouẽtes materiales ipsa corpora cœlestia, & nõ in alijs. Ex quibus omnibus patet, q̃onis propositæ partẽ negatiuã esse verã. Adhoc respõdeo, & dico, ꝙ ista q̃o est satis difficilis in via Aristo. & sui Cõmentatoris, quod diuersitas opinantiũ ostẽdit. tamẽ (quicquid dicat Petrus Põponatius in sua apologia, & Suessanus, & Thomas de garbo, & S. Thomas in q̃onibus de veritate quæsito. 9. 1. q. & q. 10. Licet, S. Thomas ꝑ alia dicta in alijs locis vt est super. 3. de anima tex. 8. & super. 2. de anima lec. 13. in expositione tex. 65. videatur satis ambiguus in hac re quod mirũ est de tãto Doctore) dico, ꝙ pars negatiua est vera. s. ꝙ sensus exterior nõ cognoscat suũ actũ, (vt bene probant auctoritates, & rationes adductæ) & ad auctoritatẽ Ari. 2. de anima, vbi videtur tenere, ꝙ nos eadẽ virtute videmus, & cõprehendimus nos videre. Dico, ꝙ Ari. in textibus illis allegatis nõ ad plenũ determinat illã q̃onem, sed in sequẽtibus, vt patet ꝑ Auer. 144. dicti. 2. de anima, vbi cũ nuãdo intẽtionẽ Ari. dicit. cũ incepit ꝑscrutari de virtute, qua sentimus nos sentire, vtrũ sit eadẽ cũ virtute propria vnicuiq; sensui: an alia: dedit in. 1. sermone, ex quo sequit̃ eã esse vnã, & post aliũ ex quo sequit̃ eã esse plures, deinde sermonẽ cõcludẽtẽ eã esse vnã, & dissolutionẽ ex qua exiuit ad declarãdũ, ꝙ sensus, et sensibile sunt vnũ in actu nõ diuersa, propter quod cõtingeret, vt illud quod iudicaret sup ipsum sensum esset aliud ab eo, quod iudicaret sup ipsum sensibile, & cũ hoc fecit, reuersus est ad illã eandẽ ꝑscrutationẽ, quid clarius: Et sic patet nõ ad plenũ ibi tale dubiũ Ari. determinasse. In sequẽtibus autẽ nõ habetur pars affirmatiua dictæ q̃onis, vt patet inspiciẽti verba Ari. ¶ Præterea, dato ꝙ Ari. secũdũ vltimũ suę intẽtionis diceret, ꝙ eadẽ virtute videmus, & cõprehẽdimus, nos videre, nõ ꝑꝑ hoc debet intelligi, ꝙ dicat eadẽ virtute simpliciter, sed eadẽ hoc sensu videlicet, ꝙ sensus cõis se habeat, sicut centrũ respectu sensuũ particulariũ. Sẽsus autẽ particulares se habent sicut circũferẽtia. Vnde sicut oẽs lineæ protractę a circũferẽtia circuli ad centrũ terminãtur ad ipsum centrũ, et in eo vniuntur, sic oẽs imutationes, quę fiunt in sensibus particularibus, terminã ur in sensum cõem, & in eo vniuntur. Vnde sensibilia exteriora immutant particulares sensus, vt color visum, sonus auditum, & ita de alijs. Sẽsus autẽ exteriores immutati, immutant ipsum sensum cõem, & sensus cõis immutatus a visu, ei vnitur & dicitur quodãmodo visus differri secũdũ hoc ab auditu, & immutatus ab auditu, ei vnitur, & dicitur quodãmodo auditus & secũdũ hoc differt a visu, & sic de alijs suo modo. Et sic remouetur cõtradictio, quæ apparebat. Hoc modo etiã respõdetur ad cõtradictionẽ, quæ apparet in dictis Auer. nã Auer. in cõmentis allegatis innuit illud, quod Aristo. in illis textibus dicebat. Et sic omnis dubietas tollitur. ¶ Quod autẽ hæc quã affirmamus, sit philosophi mens, patet ꝑ Themistium in. 2. de anima super tex. 149. vbi ait, quemadmodũ enim quãuis multi magistratibus, libelliones, pragmatici, exceptores, assideant, vnus tamen est qui ius habeat sententiæ proferendæ, ita & hic, tã & si multa instrumẽta, machinamentaq;, sint in quæ rerũ simulachra receptentur. Vna tamẽ vis arbitra est, quæ de omnibus sciscat, pronuntiet, iudicet, hęc illa vis est, qua nos visu videre, & auditu audire, sentimus, eadẽ enim potentia percipi actiones sensuũ necesse est, qua differẽtias actionũ percipimus, nõ ergo verũ est, quod Paulo ante visi sumus probare, quũ diximus visu nos sentire, hoc ꝙ cernamus, & auditu, ꝙ audiamus, hoc suum est sensus cõis ingenium, munusq; cui noticiã omnium sensibilium natura mãdauit. Hæc ibi. Nescio quo clariori modo potest dici, hoc etiã dicit Alexãder in paraphrasi de anima cap. de sensu cõi, vbi ait, hoc autẽ cõi sensu, & vidẽtes nos, & audientes, & singulis sensibus sentientes, sentimus. qui enim videt, audit ue, audire se se, & videre iam sentit. Nãq; nõ alia potestate, quã sensu, nos sentire ꝑcipimus, neq; tamẽ nos audire videmus, neq; nos audire audimus, quum nec videre ipsum, aut visio visibilis sit, neq; audire, aut auditio, audibilis sit. Sed hoc primi et proprij sensus, qui cõis dicitur, opus, et functio est. Simile dicit in paraphrasi de anima cap. de impulsu, et vi impulsoria. Item cap. de intellectu in actu. Idẽ in tractatu de intellectu cap. 1. hoc etiã videtur dicere Simplicius in. 2. de anima in expositione tex. 136. auctoritate Iamblici sic etiam tenet Albertus magnus in. 2. de anima tractatu. 3. cap. 7. in digressione de virtutibus interioribus. Dicit enim, ꝙ sensus cõmunis vtiq; proprium est aprehendere operationes sensibiles. Nec ista positio voluntaria alicui videatur, si tam magni viri eam amplectuntur, est enim doctrina ipsius Zimaræ in tabulis, et precipue super. 2. de anima locis allegatis. Et mirum est de Petro Pomponatio, quomodo illud Aristo. imponat. Et hæc dicta sufficiant pro presenti concordantia.

Responsio ad difficultatem.

Dictũ notabile themistii.

Simpliciũ auctoritate Iamblici.

VTRVM ANIMA PER MAIVS TEMPVS VERSETVR IN DECEPTIONE ET IGNORANTIA, QVAM IN SCIENTIA? CONCORDANTIA. LXXIIII.

ARisto. 2. de anima. 151. cõtra antiquos dicit. Et tamẽ oportuit simul ipsos de deceptione dicere, magis proprium enim est animalibus, et plurimum tẽpus in hoc perficit anima. Et Auer. in co. dicit. Error enim magis inuenitur in animalibus, et anima in maiori tẽpore inuenitur ignorans, et errãs, quã sciens. Ex quibus clare patet, animã versari per maius tẽpus in deceptione, et ignorãtia, quã in scientia. Oppositum huius habetur ab Aristo. 2. cœli. 38. vbi ait, neq; ęquali tẽpore pręter naturã, et secundum naturã. Hæc dicit Auer. in co. vbi ait, sed vniuersaliter huic sermoni contingunt impossibilia, quorum vnum est, vt tẽpus dispositionis, quod est extra naturã, sit æquale tẽpori dispositionis naturalis, quod est contrarium sensui. Idem. 3. cœli. 24. vbi ait, & contingit ex hoc, vt res sensibilis sit non naturalis, quia nihil videmus, cuius duratio secundum suam dispositionẽ naturalẽ, sit minor, q̃ secundum nõ naturalem, verbi gratia, quia sanitas est naturalis, & infirmitas nõ naturalis necesse est, vt tẽpus sanitatis, sit maius tempore infirmitatis. Et post subdit, quasi igitur dicat, nihil videmus in dispositione naturali, cuius tẽpus sit breuius, quã in dispositione nõ naturali, ita ꝙ impossibile est credere, ꝙ ita est in aliquo ente. s. ꝙ tẽpus sui esse in dispositione nõ naturali, est longius, ꝙ autẽ scientia sit dispositio naturalis, patet ꝑ philosophũ. 1. metha. in principio. ¶ Ad hoc breuiter respõdeo, & dico, ꝙ dispositiones naturalis sint lõgioris tẽporis, quã in naturales, hoc verũ est (vt dictæ auctoritates dicunt) tamẽ propter aliquod impedimentum, & ꝑ accidens aliqua dispositio naturalis est minoris tẽporis, quã in naturalis, vt est de scientia, & hoc modo habet veritatem, & intelligitur dictum philosophi, & Auer. 2. de anima. 151. Nam homo ꝑ plurimũ tempus propter accidentia

Dispositiones naturales sunt lõgioris temporis q̃ inaturales.

ipſi perturbationẽ prebẽtia in ignorãtia exiſtit, Hęc autẽ reſpõſio eſt Simplicij in hoc loco, quę cõſona eſt Ariſto. in. 10. ethi. cap. 10.
plura impedimẽta narrãti. Et ſi dicatur, ergo in ſcientia ab Ariſto. ponitur id quod eſt ꝑ accidens, cuius oppoſitũ dicit in. 1. poſte.
dum ait, demõſtrationes nõ ſunt de his quæ ſunt ꝑ accidens. Ad quod reſpõdetur, ꝙ propoſitio Ariſto. poſita in. 1. poſteriorũ gloſa-
tur ab Auer. 4. phy. 20. hoc modo. ſ. ꝙ intelligitur de his, quæ ſunt ꝑ accidens raro, fallit autẽ de his, quæ ſunt ꝑ accidens ſemper, nã
de his quæ ſunt ꝑ accidens ſemper, poſſunt fieri demõſtrationes verę nõ eſſentiales, quę dicũtur demõſtrationes dialecticę. ¶ Ta-
men notandũ eſt (vt ait Zimara thzo. 42.) ꝙ ꝑ demõſtrationes veras, & nõ eſſentiales, nõ debemus intelligere demonſtrationẽ, quæ
fuit definita in libro poſte. quia ibi oſtenſum fuit, ꝙ demõſtratio procedit ex his, quæ ſunt ꝑ ſe, & neceſſaria, & ꝙ omne neceſſariũ
ex quo fit demõſtratio eſt ꝑ ſe. Sed ꝑ demõſtrationes veras, nõ eſſentiales, quæ dicuntur dialecticæ, intelligas rationes, quæ proce-
dunt ex veris, & neceſſarijs, nõ tamẽ ex his quæ ſunt ꝑ ſe, & iſte appellantur rationes logicæ, & nõ dicuntur proprie demõſtra
tiones. Vnde Themi. 2. poſt. cap. 30. dicit, ꝙ poteſt fieri reciprocatio in rationibus a cauſa ad euentũ, & ab euẽtis ad cauſam. ſed pro
ceſſus ab euẽtis ad cauſas eſt logicus ſyllogiſmus, proceſſus vero a cauſa ſupra euentũ, eſt abſoluta demõſtratio. Et ſic dubiũ ceſſat.

VTRVM NATVRA SIT PRINCIPIVM MOTVS, ET QVIETIS, IN OMNI RE IN QVA EST NATVRA: CONCORDANTIA. LXXV.

AVer. 2. phyſicarũ auſcultationum. 3. ait, eſt igitur natura principium alicuius & cauſa mouẽdi, & quieſcẽdi, in eo, in quo
eſt primum, & ꝑ ſe, & nõ ſecundũ accidens. Ex quibus videtur, ꝙ natura ſit principiũ motus & quietis, in quo eſt. Oppo
ſitũ huius habetur ab Auer. 2. phy. 1. vbi dicit, & dixit quædã in loco, & in hoc collocantur quattuor elemẽta, & haben
tia animas, & corpora cœleſtia, & 1. cœli. 5. vbi ait, ꝙ hoc nomẽ natura dicitur de cœlo, & nihil refert pro nunc ſi nõ vniuoce. ſa-
tis eſt, ꝙ in ipſo natura reperiatur, & diffinitio naturæ ipſi cõpetat. quod etiam oſtendit Ariſto. (licet aliqui magni viri oppoſitũ
ſentiant) ſed in hoc audiendi nõ ſunt, nã in. 1. cœli Ariſto. venaturus cœli ſubſtantiam quid ſit, & qualis ſit naturæ, pro maximo
fundamẽto (vt omnes expoſitores dicunt) ſumit illam propoſitionẽ, ꝙ omne corpus phyſicũ eſt mobile ſecundũ locũ, vt patet tex. 5.
& probat illud ex naturæ diffinitione. Fruſtra autẽ hoc feciſſet, ſi naturæ diffinitio ſuperioribus nõ cõpetit. Et tamẽ in cœlo quies
nõ eſt (vt dicit Ariſto. 9. metha. 17.) nõ eſt autem timendũ ne quãdo ſtent, terra autẽ quieſcit, vt habetur. 1. cœli co. 57. & 3. phy.
co. 51. & 8. phy. 32. & alibi. Et tamẽ clarũ eſt, ꝙ corpus naturale eſt. Ad hoc reſpõdeo, & quia (vt pluries dixi) nos in hoc opuſcu
lo intentionẽ Auer. oſtendere intendimus, dimitto ad hoc Simplicij reſponſionẽ & Alberti, & plurimorũ ex latinis. ¶ Et reſpon-
deo, vt Auer. reſpõdet, ꝙ naturæ diffinitio habet intelligi diuiſim. Vnde ly, &, debet ſumi pro aut. In cœlo enim natura eſt princi- Naturæ deffinitio debet intelligi diuiſim.
pium ſciens ſempiternũ motũ, in terra ſempiternã quietẽ. In cæteris motũ, & quietẽ. Iſta reſpõſio clare habetur ex Auer. 2. me-
tha. vlt. vbi ait, natura eſt vniuerſaliter principium tranſmutationis, in rebus tranſmutabilibus ꝑ ſe, & eſt principium priuationis
tranſmutationis in rebus, quæ quãdoq; tranſmutantur, & quãdoq; nõ, illa autẽ quæ ſemper remanent eadẽ modo modorũ tranſmu
tationis. ſ. in motu locali, æquiuoce dicitur de eis natura, & de alijs. Vbi clare colligitur, qualiter diffinitio naturæ ſecundũ Auer.
nõ poteſt vniformiter intelligi, nec copulatiue, ſed diuiſiue. Hoc etiam haberi poteſt ab eodem Auer. 2. cœli. 84. & 9. metha. 13. iſta
etiam eſt ſententia multorum. ſ. Porphyrij & aliorum. Poſſet etiam alio modo ſaluari, qui quidem modus breuitatis gratia omitti-
tur: multi enim de hoc diffuſe loquuti ſunt, ſatis nobis eſt ſententiam Auer. oſtendiſſe circa hoc. ¶ Solent autẽ nõ nulli cõtra Ariſto. Dubia cõtra Ariſto.
dubitare, ꝙ diffinitio naturæ male aſſignetur, quia natura eſt res abſoluta, aut forma, aut materia, vt infra habetur in illo. 2. iſta au
tem ſubſtãtiæ ſunt & abſoluta, ergo male diffinitur ꝑ principiũ & cauſam, quia cauſa, & principiũ, dicunt reſpectus reſpectiuos,
& res abſoluta nõ debet diffiniri ꝑ reſpectiuũ. Ideo iſti dixerunt naturam eſſe rem quandã inſitam rebus. ¶ Reſpond. Alber. &
diuus Thom. quã reſponſionẽ ſequitur Zimara ſuper. 2. phy. ꝙ nomẽ naturæ importat aliquẽ reſpectũ principij. Vnde illa dicun
tur naſci, quæ ſunt propinqua generãti, materia autẽ & forma, ſunt naturæ, vt habent principiũ motus, & quietis, ideo deffiniun
tur ꝑ principiũ. Vnde licet materia & forma in ſua prima notione ſunt entia abſoluta, tamẽ vt ſic, nõ cõſiderantur a naturali,
ſed a diuino, vt aſſerit Simplicius. 1. phy. 70. 12. metha. 1. 5. 6. 29. & 7. metha. 5. 9. & 2. phy. 4. 21. & in alijs locis, de materia
& forma, cõſiderat naturalis, & diuinus, ſed diuerſimode. Vnde (vt dicit Zimara) naturalis vt naturalis, nõ habet intellectũ de ma
teria & forma, vt eſt abſolutũ, ſed vt eſt reſpectiuũ ex. 2. phy. 26. materia dicitur reſpectiue ad formã, vt cõſideratur a naturali. me
tha. autẽ cõſiderat materiã abſolute. 7. metha. & ita patet ſolutio ad dubitationẽ. ¶ Mouetur alia dubitatio, quia videtur, ꝙ Ari.
in deffinitione naturæ vtatur ſynonymis, cũ dixerit, principiũ, & cauſa, cũ Auer. 1. phy. 1. 1. cœli. 1. dicat, ꝙ nõ debemus vti nomi-
nibus ſynonymis in doctrina demõſtratiua. Huic dubio plures ſunt ſatisfaciendi modi. Magnus Albertus reſpõdendo dicit, ꝙ prin Reſponſio ſm Alber.
cipiũ ſumitur, vt eſt diſtinctũ ratione a cauſa. 5. metha. 1. omnis cauſa eſt principiũ, & nõ ecõtra. Vnde priuatio eſt principiũ gene
rationis, ſed nõ eſt cauſa, quia de ratione principij eſt primũ eſſe, & quendã ordinẽ importat, ꝙ poteſt importari tã ꝑ priuationẽ, q̃
ꝑ habitũ. Cauſa autẽ eſt illud, ad cuius eſſe ſequitur aliud. Priuatio autẽ nõ habet eſſe, ſed eius eſſe eſt nõ eſſe, quia autẽ priuatio
eſt natura, & eſt peruia materiæ, quia ſicut diaphanũ fit ꝑuium a lumine, & in actu, ita forma inchoata in materia, eſt in eſſe im-
ꝑfecto, & appellatur priuatio, & coagit in materia, quia ergo illa forma ſub eſſe imꝑfecto habet rationẽ priuationis, quæ dicitur
principiũ, & nõ cauſa, ideo dixit principiũ. Et ly canſa ſupponit pro materia, & forma, quia ſunt veræ cauſæ naturati, & ſic ſoluit
Albertus. Sed quia hæc reſpõſio (quicquid nõ nulli dicant) ponit formæ inchoationẽ, dimittatur tanq̃ de veritate ſuſpecta, quod vi-
dere nõ eſt preſentis negotij. Ideo alij adducuntur modi, & dicitur, ꝙ cũ motus poſitus in diffinitione naturę ſit motus largo mo Alia reſpõſio.
do ſumptus, qui diffinitur in. 3. phy. Vnde Ariſto. in principio. 3. phy. oſtendens rationẽ ordinis, dicit, ꝙ quia in diffinitione naturæ
ponitur, motus: ideo oportet diffinire motum, quid ſit, & patet, ꝙ motus ibi ſe extendit ad generationem ſubſtantialem, & tunc po-
teſt dici, ꝙ natura eſt principium effectiuum, aut materiale, vt vult Auer. in alijs motibus proprie dictis, in motu vero generatio-
nis, qui rectius dicitur mutatio, natura eſt cauſa. ſ. finalis vnde Ariſto. ſecondo. phy. 14. dicit generationem eſſe, aut dici natu-
ram, quia eſt via in naturam. Denominationes enim in naturalibus fiunt a termino ad quem. & a fine ſecondo de anima. 49. A fine denominari iuſtum eſt.
a fine vnumquodq; denominare iuſtum eſt. Alius eſt reſpondendi modus, qui dicit, ꝙ principium notat cauſam efficientem,

quia pro causa agente,& mouente,principium proprie capitur. Vnde Simplicius,& omnes graeci expositores dixere,principium in naturae deffinitione positum stare pro causa efficiente. Dicitur autem & causa,quia natura nō solum dicitur de forma,cuius est agere,& mouere, verum etiam de materia, cuius est pati,& moueri. secūdo de generatione & corrup.53.& quia (sicut dicit Auer. 2.phy.1.)aliqua corpora naturalia habent actiuum principium tantum,respectu alicuius motus,vt elementa in motu locali, nō enim habent principium passiuum,maxime dum mouentur de potentia accidentali,quia intrinsecam resistentiam nō habent. Nō enim in partem per se mouentem,& in partem per se motam diuiduntur,sicut animalia,cum sint solum composita ex prima materia,& forma,& materia nō potest esse subiectum motus.5.phy.8.& ista est sententia eius.4.phy.co.71.vbi habetur,q̄ elementa in vacuo moueri nō possunt,& in.8.phy.co.30.&.3.coeli co.28.& alibi frequenter. In motu autē alterationis principium passiuum,& nō actiuum habent,& ideo principium in descriptione naturae,sumitur aequiuoce pro principio actiuo,& passiuo.i. analogice sicut dicit,quia in descriptionibus nō potest aliquis plus isto facere,& ideo causa,cum a principio distinguatur secundum rationem.stat pro materia. Et sic soluitur dubium secundum istum modum. Alius etiam reperitur modus satisfaciendi,qui talis est, omnes cōueniunt,q̄ ista nō est diffinitio proprie,nec vniuoce,& omnia quae sunt in hac diffinitione,dicuntur secundum prius,& posterius.dicitur ergo,q̄ natura est principium motus.& quietis,sed(vt testatur Auer.in media expositione sua) quies dicit priuationem transmutationis,dicitur,q̄ ly principium appropriatur motui,& ly causa quieti,quia principium stat pro causa agente,motus autē est habitus,ideo potest habere principium. Causa autem cum dicatur de quiete,tunc quies est priuatio,& est defectus virtutis, & dicitur habere causam,& nō principium.videas in cap.vltimo de substantia orbis.natura ergo nō vniuoce respicit priuationē. & habitum,sed per sui actiuitatem efficit motū,& per sui deffectum efficit quietem.ly.causa respicit quietem.Videas.2.coeli.102. quies,quae est in terra,nō causatur a medio,sed a grauitate terrae. Et si medium est causa,est causa conseruans;ergo causa potest dici de quiete,& sic soluitur dubium.& omnes istae responsiones sunt magnorum virorum,ex tribus vltimis eligatur quae lectori magis placet. ¶ Sed quia in vna responsionum tangitur materia de motu grauium & leuium,pro maiori intellectione,& ne ista res penitus intacta relinquatur,videamus breuiter(solum veritatem rei secundum Aristotelis mentem de intentione Auer.nuclean do) Vtrum grauia,& leuia tam de essentiali potentia quam accidentali moueantur a motore extrinseco vel intrinseco? Ista quaestio,habet multas ac varias opiniones,nos tamen conabimur mentem Auer.fideliter ostendere superfluis resecatis,licet eius doctrina quo ad hoc sit dispersa per multa loca,quam ob rem multi in varios erroris prorupere,& non nulli ipsum varium, ac dubium crediderunt,ostendamus igitur,quae sit eius mens ex multis locis in vnum redacta,sicut accepimus a Zimara in sua quaestione. Et ante quam ad quaestionem respondeatur,vt remoueatur confusio,est aduertendum pro tituli declaratione,q̄ in hac quaestione graue & leue,secundum peripateticorum acceptionem sumuntur. Et hoc quia Plato in Thimeo grauitatem vocabat illam dispositionem secundum quam elementa ad sua loca naturalia mouentur,vt quando leuia ascendunt,quia mouentur ad sua loca cognata & naturalia,dicebat,q̄ talis dispositio vocabatur grauitas. Eodem modo terra,quando descendit,descendit per grauitatem. Leuitatem vero vocabat dispositionem,per quam ad loca praeter naturalia elementa mouentur,vt quando terra ascendit,ascendit per leuitatem. Ignis vero per leuitatem descendit. Isto modo Plato vtebatur istis nominibus. Nos vero sumimus,vt Aristo.deffiniuit primo. coeli.17.&.4 coeli.20.descriptio grauis data per motum est,q̄ mouetur ad medium,alia descriptio est data per quietem,& est, graue est,quod sub omnibus residit. Et licet describatur per motum,& quietem,similiter & leue;tamen Auer.3.coeli.26.&.31.dicit,q̄ descriptiones datę de istis per quietem sunt magis naturales. Nos autem loquimur de greui,& leui,peripatetice. ¶ Est etiam sciendum,q̄ in hoc dubio per motum intelligimus motum localem. Et quia localis motus est duplex,quidam est naturalis,& quidam est violentus,quaestio erit de motu naturali facto a natura. ¶ Est etiam aduertendum,q̄ vt ad propositum spectat duplex est potentia,essentialis & accidentalis.8.phy.32.&.4.coeli.22.&.25.potētia essentialis respicit actum primū.potentia vero accidentalis respicit actum secundum,v.g. Puer est in potentia ad speculandum,& ista est potentia ad actum primum. & est essentialis. Iuuenis vero dormiens est in potentia accidentali,quia habet potentiam ad actum secundum,sic etiam est in proposito graue est in potentia,vt sit sursum.ignis hic generatus est in potentia,vt sit sursum,sed alio modo,nam potentia,quae est in graui, vt sit sursum,est essentialis,quia talis potentia est in terra,quatenus terra,est in potentia ad ignem. Ignis vero impeditus est in potentia solum ad motum. Et circa hoc fuit deceptus Ioannes grammaticus,(vt ei imponitur)in hoc.q̄ potentia essentialis fundatur in re,ex qua debet elementum leue generari.accidentalis potentia in subiecto genito fundatur. Nam in oleo potentia essentialis fundatur ad sursum,accidentalis vero potentia in igne iam genito fundatur. Et hoc innuit Auer.4.coeli.24.8.phy.4. contra Ioannem grammaticum. ¶ Est etiam sciendum,q̄ semper,quum dicitur motum ex se,intelligimus motum ab aliquo principio intrinseco actiuo,isto modo animalia mouentur ex se,quia ab anima quae motus principium est intrinsecum,mouentur.2.phy.22.elementa quoq̄ sunt mota ex se,quia immediatū principium motus est forma. Et istud motū ex se,est dupliciter,quodā est motū ex se p̄ se, & quodā p̄ accidens. Illa sunt mota ex se p̄ se,quae sunt mota ab intrinseco,& habent principium actiuū distinctū a principio passiuo,huiusmodi sunt animalia quae in animā,& corpus diuiduntur. Similiter coeleste corpus,quod in intelligentiam,quae p̄ se mouet,& in orbem,qui est quoddam per se motum,& fuit demōstratum.7.&.8.phy.q̄ ad vnum motū ex se p̄ se,deueniendū est,quod est coeleste corpus. Et hoc ait Auer.in principio de substantia orbis. Motum vero ex se per accidens,vocatur omne,quod est motum a principio intrinseco effectiuo,non tamen potest distingui in duo in actu,quorum vnum sit per se mouens,& aliud per se motum,& sic sunt elementa,in quibus sunt solum duae substantiae.s.prima materia,& forma. Materia prima non potest esse motum per se,quia non est ens in actu. Materia autem solum potest esse subiectum generationis,non autem motus. Et haec pro titulo sufficiant. Ad quaesitum ergo respondendum est,& dicitur,q̄ Auer.& consequenter Aristo.respondet quaestioni per vnam distinctionem,quae posita est supra. ¶ Et aduertas,q̄ Auer.3.coeli.28.dicit,q̄ ista quaestio fuit in physicis inchoata,& perfectius fuit determinata hic. Dicitur ergo ad quaestionem,q̄ quando quaerimus,a quo grauia & leuia moueantur? distinguendum est de potentia, quia quaedam est essentialis,& quaedam accidentalis,vt dictum est. Potentia essentialis est ad actum primum.i.ad formam,vt intellectus queri ad scientiam. Est alia potentia accidentalis,& haec est ad actum secundum,vt dormiens habens scientiam,est in potentia accidentali ad contemplandum.ista est diffinitio habitus.3.de anima.18. ¶ Et nota,q̄ prima potentia dicitur essentialis,

Questio de motu grauium & leuium.

Duplex est potentia.

Motum ex se dupliciter.

Potētia essentialis q̄ re dicatur.

quia

quia est ad essentiam, & ad formam, secunda vero vocatur potentia accidentalis, quia est ad operationem. Et scias, ꝙ ista potentia essentialis, vocatur potentia remota, a Themistio. 8. phy. 32. quia eget agente extrahente de potentia actum, potentia vero accidentalis quandoq; vocatur potentia propinqua, quandoq; vocatur potentia remota, & vocatur propinqua, quia est ad actum secundum & etiam quia non eget agente extrinseco. vt exeat ad actum, potentia enim essentialis eget per se agente, vt exeat de potentia ad actum (vt dicit Auer. 12. metha. 18. & 44.) sed ignis genitus in actu non dicitur esse in potentia essentiali, sed accidentali, Et ideo nō eget agente per se, sed eget agente per accidens. potentia essentialis vocatur quandoq; naturalis, quandoq; remota. Potentia accidentalis quandoq; vocatur potentia violenta, quandoq; vocatur potentia propinqua. & vocatur violenta, quia talis potentia est propter violentiam passam, quia elementum mouetur de se, nisi impediatur ab extrinseco. dicit Auer. & Aristo. dum quæritur, grauia & leuia a quo moueantur? ista quæstio est multiplex, vel quæritur a quo moueantur de potentia essentiali, vel de potentia accidentali. Tunc ponit duas conclusiones prima est; ꝙ si loquamur de potentia essentiali, dicitur, ꝙ mouētur a generāte, & in tali motu elementa habent solum principium passiuum. Et hoc videtur dicere Aristo. 8. phy. 32. & probatur per tex. 22 4. de cœlo, & per Auer. in. 25. eiusdem. 4. si bene verba eorum ponderentur. Et confirmatur, quia omnis potentia essentialis, educitur ad actum primum per agens educens de potentia actum, ergo elementa mouentur per se a generante. Et ista est sententia Aristo. 8. phy. 32. Videas Auer. 8 phy. 32. ad dimidium, vbi ex ipso habetur, ꝙ quum fuerit quæsitum, a quo mouentur elementa? distinguendum est, si enim quæstio erit, a quo mouentur de potentia naturali, quæ potentia naturalis est in subiecto, ex quo generantur elementa, talia mouentur essentialiter a generante. Si vero quæratur, a quo mouentur de potentia accidentali? respondetur, ꝙ per accidens mouētur a remouente prohibens, ergo generans est id quod essentialiter mouet elementa. Sed oppositum videtur dicere Auer. 3. cœli. 28. vbi habetur, ꝙ elementa existimantur esse de numero eorum, quæ mouentur ab extrinseco, quia mouentur a generante, & dicit, quia iste motus primo debet esse a motore, & iste motus primo nō causatur a generante, sed a forma, ideo motor essentialis est forma ipsius elementi. Nam ignis generat ignem, non dat ei motum, nisi mediante forma, ideo iste motus nō est primo a generante, sed a forma. Huic oppositioni respondent Zimara in quæstione de grauibus & leuibus, ꝙ Auer. imaginatur, ꝙ quando elementa mouentur de potentia essentiali, ꝙ ista potentia est in subiecto alio, & in hoc subiecto sunt duæ præparationes; vna est ad formam, & alia ad motum, & iste duæ præparationes in elementis sunt in eodem subiecto. & per hoc differunt elementa ab animalibus, quia pręparatio ad formam animalis, est in materia prima præparatio ad operationem, est in subiecto. & vult, ꝙ iste pręparationes in elementis non habeant ordinem inter se, sed habeant ordinem causæ, & causati & ordinem naturæ, ita ꝙ in materia elementi simul tempore recipitur præparatio ad formam ignis, & præparatio ad motum sursum, tamen prius natura recipitur, & præparatur materia pro forma, & posterius materia pro motu & hoc propter literam translationis Aristo. 25 4. de cœlo, quæ dicit, dicamus, ꝙ quando ex aqua fit aer, transmutatur ad leuitatem, deinde transmutatur ad motum sursum, dicit Auer. ꝙ ly deinde, non dicit ordinem temporis, sed vult dicere ordinem causæ & causati. i. ꝙ prius natura recipit formam & posterius recipit motū. Dico ergo, ꝙ subiectū prius natura præparatur pro forma, secōdo pro accidentibus formæ. ¶ Quo stante respondetur ad contradictionem, ꝙ quando Auer. dicit elementa de potentia essentiali moueri a generante, intelligit respectu formæ, quam acquirunt a generante, ꝙ generans est per se generans, si vero comparemus talem transmutationem de potentia essentiali quoad terminum, qui est posterior natura, tunc dicitur, ꝙ iste motus est primo a forma ignis generati. Et isto modo intellexit in. 3. cœli. 28. quia forma est agens proximum. generans autem est agens remotum. Sed in hoc est dubium primo quia ipse deuenit ad istam speculationem propter literam deprauatam, quia litera græca non habet ly deinde. ideo ista opinio est suspecta, secondo est suspecta, propter determinationem Aristo. 8. phy. 32. vbi sic concludit, quare huiusmodi corpora non habent principium ex se, nisi patiendi, & hoc in suo motu, tunc quæritur ab Auer. vel ista verbo intelliguntur de potentia essentiali, vel accidentali? non de potentia accidentali, quia vult Auer. de potentia accidentali, elementa non habere nisi actiuum principium, nō autem principium passiuum, vt inferius videbitur. Dices, ꝙ intelliguntur de potentia essentiali, & ratione huius elementa habent principium per se passiuum. Tunc sic, per te elementa de potentia essentiali habent principium per se actiuum; ergo elementa habent de potentia essentiali principium per se actiuum & passiuum. ergo dictum Aristo. est falsum, qui dicit, ꝙ elementa de potentia essentiali non habent principium intrinsecum actiuum. præterea iste ordo naturæ non videtur aliquid in hac re cooperari. Videas Auer. 2. cap. de substantia orbis, vbi dicit, ꝙ duplex est prioritas, prioritas secundum esse, & secundum tempus, & dicit, ꝙ prioritas temporis est in corruptibilibus; tunc sic. secundum te Auer. elementa simul tempore acquirunt motum, & formam, ergo sicut a generante agunt formam, a generante etiam acquirunt motum, videas Porphyrium, vbi ait, ꝙ genus est prius natura differentijs diuisiuis, & hoc probat sic; quia si omnes differentiæ adhuc essent interemptæ, adhuc potest intelligi diffinitio generis. dices ista prioritas naturæ ponit re, ꝙ in re sit genus sine differentijs suis? non quidem, sed per intellectum. vt dicit Auer. 12. metha. 79 ꝙ intellectus potest separare materiam ab omni forma, quod non potest natura, ergo iste ordo naturæ nihil ponit in re in isto motu. Nos autem quærimus causas reales istorum effectuum. Vnde non valet argumentum dicendo, ꝙ substantia sit causa accidentis, vt orbis est prior natura, quam motus ergo orbis est causa effectiua motus, non valet, sic etiam nō valet, forma est prius producta, q̄ motus ergo forma est causa motus, non valet. His respondet doctus Zimara, vbi supra. Et ad primum dicit, ꝙ litera sua dicit, id, & excusandus est, propter suum textum, & dato, ꝙ litera non diceret hoc, tamen habemus dicere hoc, de mente Aristo. quia secondo de generatione, ab vno, vt vnum non prouenit, nisi vnum. ergo si plura ab vno proueniant, proueniunt ordine quodam, & ideo generans prius natura dat formam, secondo dat motum, dicitur ergo; quia ista consequentia formam, non sunt ab agente, nisi mediante forma, ideo non sunt a generante immediate, sed mediate. i. mediante forma. ¶ Ad aliud respondetur, ꝙ elementa habent principium passiuum, respectu generantis, & non habent principium actiuum, nisi per accidens dicit Auer. & hoc dupliciter exponitur, quia forma illa est mouens per accidens, quia dum mouet, mouetur, bene forma mouet elementum per accidens, vel dicitur, ꝙ elementa non habent principium actiuum nisi per accidens. i. respectu accidentis. i. motus. Ad hoc respondetur, ꝙ in æternis reperitur solum ordo naturæ, sed in corruptibilibus stat etiam, ꝙ simul reperiatur ordo naturæ, & temporis. Ad aliud dicitur, ꝙ Auer. non vult semper, ꝙ quando sunt duo effectus, ab vna causa, quorum vnus est, prior natura alio, sit ordo causæ ad causatum in quolibet genere causæ. sed in aliquo genere causę.

Oppositio.

Responsio

Dubium.

In æternis reperitur solū ordo naturæ.

Nam orbis, cum sit prior motu natura, habet causalitatem materialem respectu motus, nō autem effectiuam, & hoc sufficit. Oportet videre, a quo elementa moueantur de potentia accidentali: potentiam accidentalem vocamus, potentiam violentam. i. potentiam, quæ nō est in elementis. nisi propter violentiam, quam sunt passa, & ista fundatur in elemēto iam genito. Nō est dubitatio, ꝙ initiatiue ista potentia reducitur ad actum a remouente prohibens. Nos autem quærimus de causa, quæ immediate talem motum producit, & continuate. Respondet Auer. ꝙ talia elementa remoto impedimento, mouentur a suis formis, vt a principijs intrinsecis. Et licet nō nulli huius oppositum tenuere, in via Auer. tamen per multa loca ipsius ostendi potest, ꝙ hec sit mens eius, & consequenter, ꝙ illi ab eius intentione deuij fuerunt. In primis videas Auer. 2. phy. co. 1. vbi dicit, ꝙ est differentia in motu locali, & in motu alterationis, in elementis. Voluerunt peripatetici, ꝙ elementa nō habeant principium effectiuum suæ generationis nec alterationis ab intrinseco. Tamen habent principium effectiuum motus localis intrinsecum, nec dici potest, ꝙ ista auctoritas intelligitur de principio passiuo, quia nulla esset differentia in elementis inter generationem & motum, etiam est locus expressus. 2. phy. 3. vbi Auer. digreditur contra Auic. volentem diffinitionem naturæ posse demonstrari, vbi ait, ipse Auer. ꝙ de corporibus simplicibus nos nō dubitamus, ꝙ moueantur ex se, & nō a motore extrinseco, quasi dicat, ꝙ est manifestum ex se, ꝙ nō mouentur ab extrinseco. Sed dubium est,

Dubitatio

Vtrum motor in eis sit alius a moto, pro hoc etiam videas. 4. phy. 71. vbi determinat, ꝙ forma elementi est, quæ mouet, vt. 8. phy. 30. & 32. vbi determinat, ꝙ elementa immediate mouentur a sua forma, dato ꝙ mediate moueantur a generante, similiter de potentia accidentali, vt. 1. cœli. 17. vbi deffinit graue, & leue ꝑ motum & quietem. Et Auer. in co. dicit, ꝙ per grauitatem, & leuitatem intelligebat naturam mouentem elementa, dato ꝙ grauitas & leuitas, cōmuniter de accidentali dicantur, ergo vult formas esse causas motus elementorum, & ex illo loco trahitur, ꝙ virtus, quæ mouet elementum, est forma substantialis, & nō accidentalis. Videas pro hoc Auer. 4. cœli. 2. & vbi Aristo determinat, ꝙ per graue intelligit, quod potest moueri ad medium, & leue a medio, & ponit Auer. documentum, ꝙ Aristo. per grauitatem, & leuitatem intelligit formas, & potentias actiuas, vbi expresse patet, ꝙ quando graue diffinitur per potentiam ad motum, per potentiam, intelligimus potentias actiuas, & nō passiuas. Iste locus nō potest glosari. & 1. cœli 81. in duobus locis in eo co. dicit, ꝙ manifestum est per se, ꝙ elementa mouentur ex se, & nō ab extrinseco. & inferius in. 89. in principio dicit, quia vna ex propositionibus, in quibus demonstrationes prædictæ fundabantur, erat ista, ꝙ elementa mouentur ab intrinsecis principijs, ideo Aristo. intendit destruere opinionem eorum dicentium elementa moueri ab extrinsecis motoribus, vt a cœlo. in cōmentis allegatis inuenies, ꝙ Auer. vult, ꝙ diuersitas in motibus corporum simplicium, nō est nisi propter diuersitatem formarum substantialium mouentium. & 4. cœli. 22 24. ꝙ forma est, quæ mouet, & forma, vt est in materia, mouetur. & hoc ostenditur ex Aristo. 1. cœli, vbi inuestigans deffinitionem corporum simplicium, præposuit diffinitionem naturæ. natura autem nō est principium, nisi intrinsecum, plures auctoritates possent adduci, sed hæc sufficiant. veritatem paucis (vt est possibile) intendimus ostendere.

Quomodo causetur talis motus a forma.

Restat videre, quomodo s. causetur talis motus a tali forma? Et scias, ꝙ doctrina Auer. est dispersa; ideo pro ampliori declaratione quædam sunt supponenda, deinde declarabitur, quid tenendum. Primum supponendum est de mente Aristo. 1. de genera. 53. materiæ est pati, & moueri, potentiæ autem alterius est facere, & mouere, vnde potentia, cuius est facere, est forma, potentia vero, cuius est pati, est materia. Secundum supponendum est, ꝙ impossibile est, ꝙ ab vna natura per se proueniat actio, & passio, & hoc potest probari per multas auctoritates Aristo. & Auer. Tertium suppositum est, ꝙ quum quilibet motus sit successiuus, successio in motu nō causatur nisi respectu resistentiæ, vt patet. 4. phy. 71. Ex hoc sequitur, ꝙ vbi nō est resistentia, nō est motus. Vltimo ponitur, ꝙ in elementis nō sunt nisi duæ substantiæ; ideo in eis nō est nisi forma & materia prima. Videas etiam Auer. 8. phy. 30. vbi ait, ꝙ materia prima nō potest esse, quod mouetur, quia nō potest esse ens in actu. Istis stantibus, dicitur, ꝙ modus Auer. talis est. imaginatur enim, ꝙ elementum totum mouet per se, & essentialiter medium, & ad motum medij, mouet se per accidens. Videas. 3. cœli. 28. vbi expressius dicit opinionem suam, quam alibi, vbi dicit, ꝙ idem accidit de elementis, vt de nauta in naui, vt nauta mouet nauim, & mouendo nauim per se, mouet se per accidens, quia ad motum nauis, eodem modo, est de elementis. Tota terra mouet aerem, & ad motum aeris mouetur terra deorsum per accidens, & ratio est, quæ Auer. induxit ad hoc. quia nisi esset medium, elementum nō posset moueri, dicant alij quicquid velint, quia in motu cū sit successio, successio nō est nisi per resistentiam, & quia elementa nō habent resistentiam intrinsecam, quia materia est ens in pura potentia, pura autem potentia nulli resistit, materia autem nō contrariatur nec formæ, nec priuationi. Tu dices, ꝙ forma resistit sibi. hoc est falsum, quia nullum resistit sibi, medium ergo, quod est ens in actu, est quod resistit sibi in motu, & nō materia prima, hæc est intentio Auer. quæ multas instantias habet a latinis, quas omnes remouebis, si bene verba eius ponderentur, & supposita præhabita ideo eas omitto, solum aliqua adducam, & suas solutiones, quia nō nulli credunt demonstrare per ista contra Auer.

Positio gregorii Ariminensis.

Gregorius Ariminensis in. 2. sententiarum distin. 6. q. 1. conclusione. 4. dicit. Auer. tenet, ꝙ elementa de potentia accidentali, habent principium intrinsecum actiuum, quod est forma, & ꝙ elementum per se mouet medium, & medium motum per accidens mouet elementa, sicut de nauta in naui. Ista opinio nō potest stare, & ad mentem Aristo. Oppositum vult probare. eandem sententiam habet Scotus. 2. sententiarū distin. 2. q. 10. & ait si lapis mouetur in aere, dico, ꝙ prius natura mouet se, secondo mouet aerem. Et arguo sic, quia licet simul tempore lapis moueat se, & aerem, probo, ꝙ prius natura moueat se, quia motus aeris, dependet a motu lapidis, tanquam a causa, quia in. 7. phy. probatum est, ꝙ omne mouens corporeum, in mouendo mouetur, si ergo lapis mouet aerem, necesse est vt prius natura moueatur. Vnde nō quia aer mouetur, lapis mouetur sed econtra; ergo lapis prius natura mouetur a se ipso, deinde mouet aerem, ergo nō mouet se accidentaliter. Huic argumento aliquibus dimissis responsionibus, respondetur, ꝙ motus aeris dependet a lapide, & dependet etiam ab alio motore mouente lapidem. Si motus aeris comparatur ad lapidem precise, moueri aeris; præsupponit moueri lapidis sed nō præsupponit moueri lapidis precise. Videas Auer. 8. phy. 27. vbi facit diuisionem. ꝙ eorum quæ mouentur, quædam mouentur ab intrinseco, & quædam mouentur ab alijs, & in his ponit elementa. Auer. ponit documentum, quia textus dicit, ꝙ elementa mouentur ab alijs, dicit, & posuit ista in numero eorum, quæ mouentur ab alijs, quia talia nō mouentur ex se, nisi cum prius fuerint mota ab alijs, & isto modo possunt glosari multæ auctoritates, quia si elementa mouentur de potentia accidentali, nō possunt moueri ab intrinseco, nisi prius fuerint mota ab alijs, similiter de potentia essentiali, quum ergo tu dicis; ꝙ motus aeris supponit motum lapidis, si compares moueri aeris passiuum, ad mouere lapidis actiuum, tunc mouere lapidis actiuum est prius natura, si

vero compares mouere aeris actiuum ad mouere lapidis actiuum, dico, ꝙ in lapide non potest esse mouere actiuum, quia in lapide nō est motus per se, quia nō est resistentia intrinseca, sed fuit motus ab extrinseco motore, & ideo patet solutio ad hoc argumentum, ꝙ motus aeris nō solum est ab elemento, sed est ab elemento simul cum agente extrinseco mouente elementum, & ideo nō valet, ꝙ motus elementi actiuus, sit prior, quam motus aeris. Sumebat in eodem argumento Doctor, ꝙ videtur esse simile de motu lapidis in aere, sicut si quis moueret aerem mediante lapide, certum est, ꝙ tunc prius moueret lapidem, quam aerem, ergo lapis prius mouetur, sic est in proposito, lapis cum mouet aerem, prius mouet se. Respondetur, ꝙ nō est simile, quia lapis nō habet omnia sufficientia ad motum, ad hoc, ꝙ moueat se, nam lapis nō habet principium motus per se, quia nō habet intrinsecam resistentiam, ideo nō prius mouet se, quam moueat aerem. Et si dices omne mouens in mouendo mouetur. Dico ꝙ verum est, sed corpora simplicia in mouendo, prius mouentur ab extrinseco, vt dicit Aristo. 8. phy. 27. Vnde motus aeris præsupponit, moueri lapidis causatum in lapide ab extrinseco motore. Vnde omne mouens in mouendo mouetur, nō a se solum, sed etiam ab alio extrinseco, & etiam conceditur, ꝙ prius natura fuit aliqua motio passiua in lapide, quam in aere, sed motio actiua nō fuit prius in lapide, quam in aere, & sic remouetur dubium. ¶ Est tamen aduertendum, ne decipiaris, ꝙ motus aeris factus a lapide, nō est simpliciter violentus, quia licet graue impellat aerem, tamen aer ab intrinseco mouetur. Vnde videas. 8. phy. 82. & 3. cœli. 28. vbi habetur, ꝙ elementum nō potest moueri, nisi in elemento raro, & molli; dicit Auer. ꝙ aer & aqua, quia sunt elementa rara, & humida, ideo carent termino, & recipiunt quandam penetrationem, seu condensationem. quia portio lapidis impellit portionē aeris, quæ recipit quādam condensationem, & illa affert id graue, super aliam portionem aeris, sicut de naui quæ fertur ab vnda, super aliam vndam. Vnde dicit Auer. ꝙ aer, & aqua, postquam receperunt motum ab extrinseco, mouentur per principium intrinsecum. Vnde aer per grauitatem coagit ad motum grauium, & per leuitatem coadiuuat ad motum leuium. Et hoc est notādum, quia plurimi nō viderunt, ꝙ aer. postquam accepit motum ab extrinseco, ꝙ moueatur ab intrinseco, similiter aqua. Sed facit dubium, quia si iste motus sit motus vehitionis, videtur, ꝙ sit violentus, quia Aristo. 7. phy. ponit motum vehitionis, inter motus violentos. Respondetur, ꝙ secundum ꝙ dicit Aristo. in eo loco, illud quod vehitur, mouetur per accidens, quia mouetur ratione eius, in quo est, & dicit, ꝙ ille qui vehitur mouetur, aut pulsu, aut tractu, aut vertigine. Dico, ꝙ elementum pellitur, & pellit. Dices; vectio est motus violentus. Dico, ꝙ in his quæ vehunt, sic se habent, ꝙ si illæ, qui vehit, nō habet alium motum, nisi motum, quem recipit ab extrinseco, talis est motus violentus. Si vero quod vehit, habet alium motum naturalem, post motum eius quod vehitur, nō est simpliciter violentus, isto modo est de motu aeris, qui motus aeris, postquam fuit factus ab elemento, est ab intrinseco ab ipso aere, ideo nō est violentus. Vnde dicit Auer. 28. 3. de cœlo, ꝙ elementa nō diuiduntur in duo ex se per se mouentia, quia nō habent duo per se in actu, sicut animalia, licet elementa assimilentur eis, quę mouentur ex se per se, quia elementa mouentur ab intrinseco, nec etiam vere cōnumerantur elementa inter ea, quę mouentur ab extrinseco, quia elementa mouentur mediante medio. ¶ Est etiam aduertendum, ꝙ ex isto loco Auer. habetur modus respondendi illis, qui ex aliquibus locis Aristo. volunt dicere, ꝙ elementa videntur esse locanda inter mota ab extrinseco. Vnde sic est respondendum secundum Auer. sententiam, ꝙ motus elementorum videtur quasi esse medius inter ea, quæ totaliter mouentur ab extrinseco, & ea quæ mouentur ab intrinseco quia quæ vere mouentur ex se per se, sunt quæ habent principium per se mouens, & principium per se motum, & huiusmodi sunt animalia. & cœlum, & comparando motus elementorum ad talia, sic motus elementorum non numeratur inter ea, quæ mouentur ex se, sed inter ea, quæ mouentur ab extrinseco, sic dicit Auer. 4. phy. 71. & 8. phy. 27. elementa nō mouentur ex se, nisi prius fuerint mota ab alijs, & sic intelligit Aristo. elementa moueri ab extrinseco. comparando vero elementa ad ea; quæ totaliter mouentur ab extrinseco, vt sic, elementa mouentur ab intrinseco, & sic cessant sua argumenta. Sed adhuc dubitatur; omne per accidens reducitur ad aliquod per se, sed elementum a remouente prohibens mouetur per accidens initiatiue, ergo reducitur ad aliquod per se. Respondetur, ꝙ moueri per accidens elementi de potentia accidentali reducitur ad moueri per se medij, quia mouendo medium essentialiter, mouet se per accidens. Tu dices; Istud moueri elementi si est per accidens respectu sui, ergo etiam debet esse per se respectu sui. Dico, ꝙ bene iste motus debet esse per se respectu alterius, & non a se ipso, necesse est, vt sit per se. Potest responderi, ꝙ moueri per accidens de potentia accidentali, debet reduci ad moueri per se de potentia essentiali, quia quando mouetur de potentia essentiali, est motum essentialiter, & hoc est materia, ex qua elementum generatur. Vnde istud, quod vere generatur, est materia. Et si dices; Aristo. ait, ꝙ materia est æterna. Aduertas, ꝙ motus subiectiue est in materia, & habet denominare mobile, & ideo materia habet vere generari. Vide. 1. phy. 60. vbi Auer. dicit hoc. iste autem modus loquendi non est vsitatus quia materia prima est incognita, quæ dicitur vere generari, subiectum vero aliorum motuum dicitur generari, quia nota sunt talia, & ideo subiectū in elementis, est quod vere generatur, & tale est materia, in qua est in potentia ipsum motum. Et. 8. phy. 32. vbi dicit, ꝙ materia est, quæ mouetur de petentia essentiali. Illud autem, quod essentialiter mouet, est generans, moueri ergo, & mouere per accidens, de potentia accidentali, reducitur ad mouere, & moueri per se, de potentia essentiali. Et hoc nō inconuenit, quia per se, & per accidens, vnius generis, possunt reduci ad per se alterius generis, vt patet de accidentibus. Et ista est solutio Auer. 8. phy. 32. & 4. cœli. 22. ¶ Sed dices, natura non abundat in superfluis, nec deest in necessarijs, quare ergo non dedit elementis omnia necessaria pro motu: ergo quare nō dedit eis principium passiuum: Respondetur, ꝙ natura (vt sæpe dixit Aristo.) non transcendit de extremo, ad extremum sine medio, & quia prima compositio est, qua elementum componitur ex prima materia, & forma, & ista elementa sunt materiæ aliorum, ideo ista elementa sunt imperfectissima, & ideo fuit necesse, vt essent composita ex prima materia, & forma, quæ possit intendi & remitti, & ideo non dedit eis principium passiuum intrinsecū. Dedit autem eis principium passiuum extrinsecum, & hoc sufficit, quia nō est necesse, vt quodlibet principium passiuum sit intrinsecum, sed sufficit, ꝙ sit aut intrinsecum, aut extrinsecum, & ideo elementa non habent principium intrinsecum passiuum, cum sint materiæ aliorum entium. ¶ Restat adhuc difficultas, adducta a Scoto. 2. sententiarum distin. 2. q. 11. quæ difficultas multos vexauit, & quam credunt nō nulli concludere. Et talis est. si elementa nō habent principium passiuum de se, ergo iste motus non esset naturalis, probatur, quia natura est principium motus & quietis, in quo est, ergo oportet, vt illud, in quo est talis motus, habeat inclinationem ad talem motum, sed ista inclinatio non potest esse nisi a principio passiuo, nō autem a principio actiuo ergo &c. Huic respondetur, & dicitur, ꝙ naturalitas in motu non attenditur a principio passiuo, & probatur, quia Aristo. 2. phy. 4. diuisit

Corpora simplicia i mouendo prius mouentur.

Responsio sm Auer. sententiis.

materia habet vere generari.

Difficultas adducta a Scoto.

naturam in materiam,& formam. Et in.5.metha.tamen dicit,ꝙ prius dicitur de forma,quam de materia. Tunc sic si forma est natura;ergo diffinitio naturæ per prius debet conuenire formæ,quam materiæ,ergo diffinitio naturæ magis verificatur de principio actiuo,quam passiuo. Nō ergo est verum,ꝙ motus dicatur naturalis solum a principio passiuo,sed etiam actiuo,& hoc confirmat etiam Themistius,qui dicit elementa esse naturalia,a principio actiuo. Et ideo diffinitio naturæ verificatur de principio actiuo,& passiuo,sed prius de actiuo,quam de passiuo. Ideo dicit Auer.ꝙ principium in deffinitione naturæ sumitur æquiuoce.i.analogice,quia aliqui sunt motus naturales ex principio actiuo,aliqui autem ex principio passiuo. Et ideo argumentum non concludit, si bene rimetur.quod motus sit naturalis a principio passiuo dicant alij quidquid velint. Tamen pro complemento huius materię est aduertendum,quod facit difficultatem in hac materia,est quia Auer.vario modo loquitur,quia quandoq; videtur dicere elementa moueri per se,aliquando per accidens. Vide.1.cœli.89.& 81.vbi dicit,ꝙ vna ex demonstrationibus Aristo.fundatur in hoc,ꝙ elementa mouentur ex se per se.&.4.cœli.22.&.3.cœli.28.dicit,ꝙ mouentur per accidens. Omnes istas contradictiones vna distinctione possumus saluare.iste terminus per se,quandoq; sumitur pro immediate,aliquando per se accipitur pro vt distinguitur contra per accidens. Hoc stante dicitur ꝙ quando Auer.dicit,elementa moueri per se ab intrinseco,intelligit immediate,ista est glosa Auer.3.cœli.28.vbi dicit,quia iste motus fit a forma immediate,ideo dicitur moueri per se,quandoq; sumitur moueri per se,pro vt distinguitur contra per accidens,& vt sic elementa mouentur per accidens,quia non habent duo principia, quorum vnum sit per se mouens,& aliud per se motum,& ideo vocantur mota per accidens,quia quod mouetur per se,est medium,& mouendo medium mouet se per accidens. Auer.autem sic loquutus est in habendo modicam solicitudinem de nominibus. Vnde breuiter opinio Auer.est talis,ꝙ elementa de potentia essentiali habent principium passiuum intrinsecum,& principium actiuum extrinsecum, quantum ad actum primum,quia generans est,quod immediate educit formam de potentia materiæ.respectu autem motus localis talis motus per se causatur a forma,elementi immediate,mediate vero a generante. Si autem loquamur de motu elementorum de potentia accidentali,sic initiatiue causatur motus a remouente prohibens,sed immediate & effectiue causatur a forma,& per se mouet medium,per accidens autem mouetur a medio. Et forma est,quæ per se effectiue mouet illum motum.locus autem in motu elementi concurrit,vt causa finalis.cœlum etiam concurrit remote. Multa alia possem aducere ad probandum istam opinionem,& ad impugnandas oppositas. Sed quia intentio fuit solum mentem Aristo.breuiter secundum intentionem Auer.ostendere,ideo mentem eorum posui,& solum illam declarantia. Si plura argumenta ex vtraq; parte cupis videre,videas.q.de graui & leui doctissimi Zimaræ ex cuius mente ibi.quæ hic dicta sunt accepta fuere. Hæc sufficiant.

Per se dupliciter sumitur.

Locus cōcurrit causa finalis.

VTRVM DIFFINITIONES DATAE PER FORMAM SVNT LOGICAE CONSIDERATIONIS AN MATHEMATICAE? CONCORDANTIA. LXXVI.

ARisto.1.de anima.16.ait,ꝙ dialecticus diffinit per formam,& physicus per materiam,& Auer.in co.ait.disputatores enim dant diffinitiones secundum formam tantum,dicendo,ꝙ ira est appetitus in vindictam.naturales vero secundum materiam dicendo,ꝙ est ebulitio caloris,& sanguinis,in corde. Ex quibus apparet,ꝙ diffinitiones quæ per formam datæ sunt,dialecticus habeat considerare. Oppositum huius videtur ex Auer.1.phy.1.vbi ait,ꝙ nō omnes artes considerant de omnibus causis,sed quędam considerant de causa formali tantum.s.mathematicæ &c.si hoc est verum,sequitur,ꝙ has deffinitiones mathematicus consideret. ¶ Ad hoc dimissis aliquorum multis verbis. Respondetur,ꝙ in istis rebus in materia formam habentibus tria sunt,materia forma in materia,& causa formæ in materia,ita est in artibus,est materia,forma,& causa formæ in materia. Vnde Plato dixit;Artem appello non sine recta ratione negotium.&.6.ethi. Ars est habitus recta ratione factiuus,ita est de formis naturalibus.habent enim quatuor causas. Vnde naturalis considerat formam,& materiam ei subiectam,& causam formæ in materia.2.phy.26.vbi demonstrat,ꝙ philosophus naturalis debet considerare de materia,quia considerat de forma,quæ sunt relatiua & debet considerare causam mouentem formam in materia,cum materia nō agat.12.metha.30.&.1.de generatione.53.materia est principium passiuum,&.9.metha.materia est principium transmutandi ab alio inquantum aliud,& quia agens agit propter finem,ideo naturalis omnes causas considerat.mathematicus vero considerat formas,quæ sunt secundum esse in materia.2.phy.18. sed iste formæ licet sint in materia reali,& habeant causam,tamen mathematicus non considerat causas,vt sunt in materia,sed abstrahit,& hoc,quia de natura sua abstrahibiles sunt,quia nō sunt fundatæ in materia taliter,vt secundum diffinitionem,non possint absq; materia deffiniri.6.metha.2.formæ naturales sunt sicut simum,iste autem formæ mathematicæ extra intellectum habent causam,per quā sunt in materia sensibili,tamē abstrahuntur ab intellectu a materia. Mathematicus ergo considerat solam formā, quia cōsiderat formā naturalē,nō vt habet causam,propter quā est in corpore trāsmutabili,& isto modo mathematicus cōsiderat solam formā,mathematicus tamē cōsiderat formā illā,vt habet causam,quæ est causa passionū,ei conuenientiū vt est abstracta.v.g. geometra cōsiderat triangulū,nō vt habet causam, ꝑ quā sit in materia sensibili,bene in hac diffinitione apparet causa passionū ei conuenientium in esse abstracto,vt 31.propositione Euclidis demonstratur;ꝙ habet tres angulos æquales duobus rectis. Dialecticus vero deffinit per rem,quæ est forma,& nō cōsiderat eam,vt est in materia,nec considerat eam,vt est causa alicuius effectus demonstrabilis de ea,sed vt est vna res,ideo dixit Auer.ꝙ disputatores sunt artifices absolute considerantes.1.de anima.16. Et ex hoc loco elicitur expositio diffinitionis de scire,in qua dicitur,& quoniam illius est causa,& hoc ponitur ad excludendum scire dialecticum. Licet enim deffiniat per rem,quæ est causa,tamen non cognoscit eam,vt est causa illius effectus.verbi gratia,appetitus vindictæ,est forma,& finis,quia obiectum contristans,mouens illum,qui est affectus iniuria,appetitus vindictæ est causa accensionis sanguinis. Dialecticus ergo cum deffiniat iram,ꝙ est appetitus vindictæ,non considerat appetitum vindictæ,sub ratione qua est causa accensionis sanguinis circa cor.quia tunc non differret a naturali.dialecticus ergo per causam absolute deffinit,sed nō vt est causa in ordine ad effectum. Ideo oportet,vt qui sciat sciat causam,& ꝙ causa est causa in ordine ad illum effectum,naturalis ergo considerat formam,vt est in materia,& vt habet causam essendi in materia,mathematicus solam formam abstrahit a materia,

materia est pricipium transmutādi.

dialecticus diffinit per rē quæ est forma.

cum sit

cum sit in materia,considerat tamen eã,vt est causa,vel habens causam passionũ demõstrabilium de ea,vt est abstracta.Ideo dixit in textu.17.1.de anima,ꝙ formę quę sunt separatæ,pertinent ad mathematicũ.Dialecticus vero cõsiderat formã,vt est abstracta a materia,& nõ cõsiderat,vt talis forma habens causam passionũ demonstrabilium de ea,vt ipsa forma est.Et sic cessat dubium.

¶Sed est pulchra dubitatio;quare diffinitiones dialecticæ dicãtur ꝑ formã? Ad hoc dimissis multorũ verbis circa hanc materiã, vt Alberti.Ioãnis andega.& Caietani,& alioꝝ,Dico(vt bene respõdet Zimara super.16.primi de anima)ꝙ dialecticus est artifex cõmunis.4.metha.5.tres sunt artifices,qui de omnibus considerant,dialecticus,sophista,& methaphysicus,& quia.1.cœli.92.& in disputatione prima in solutione.7.dubij ait Auer.ꝙ forma est causa conuenientiæ,& vniuersalis,ideo dicimus,ꝙ tales diffinitiones ꝑ cõmunia datæ,dicũtur datæ ꝑ formã,quia a forma,est causa conuenientiæ,& cõmunitatis,& propter hoc omnes rationes ex cõmunibus procedentes dicũtur dialecticæ,quia dialecticus procedit ex cõmunibus,viã enim habet intromittendi se in omni materia,vt dicit Alexãder in.1.topi.Vnde a philosophis omnes diffinitiones quæ dantur ꝑ causas remotas,& cõmunes,dicuntur dialecticæ,& omnes rationes in philosophia naturali,vel in scientia diuinæ,seu alijs factæ per principia remota,& vniuersalia nõ appropriata ei,quod demõstratur esse,dicuntur logicæ rationes.In.2.vero de generatione animalium cap.vlt.appellat rationem logicam,quia est de cõmunibus,& Auer.8.phy.70.&.12.metha.4.&.1.cœli.70.& alibi.& hæc sufficiant,quicquid alij dicant,Scio enim confuse circa hoc loquutos fuisse multos.

Quare diffinitiones dialecticæ dicantur ꝑ formam.

VTRVM SIT PER SE MANIFESTVM, QVOD ANIMA NON SIT MATERIA? CONCORDANTIA. LXXVII.

AVer.2.de anima.4.ait,dicere enim animã esse materiã,impossibile est,& hoc manifestũ est ꝑ se.Oppositũ huius habetur ex ipso infra in eodem cõmento quum ponat rationem,ꝑ quam anima nõ est materia.Si enim per se manifestũ esset,nõ poneret rationem.Ad hoc breuiter dico,ꝙ propositiones latitudinem habent,quia aliquæ sunt penitus notæ,aliquæ penitus ignotæ,aliquæ mediæ,quæ indigẽt aliqua fide.2.phy.3.&.1.priorum.dico igitur,ꝙ dum dicimus animam nõ esse materiam,est propositio per se nota,quia nõ indiget demonstratione,tamen indiget persuasione aliqua,& sic cessat dubium.

Propositiones habent latitudinẽ.

VTRVM VNVM SVBIECTVM POSSIT HABERE PLVRES FORMAS SVBSTANTIALES? CONCORDANTIA. LXXVIII.

AVer,in bello de sub.orb.ca.1.ait.Vnã,n formã hẽre nisi vnũ subiectũ impossibile est.Oppositũ huius hẽtur ab ipso,3.cœli.67.vbi vult,ꝙ elemẽta in mixto sunt formaliter,& ꝙ materia recipit formas mixtoꝝ mediãtibus elemẽtoꝝ formis,hoc ẽt habet ex doctrina ipsius Auer.1.phy.69.Huic satisfacit Ioã.andegauẽsis sup de sub.orb.cap.1.ꝙ forma substãtialis duplex est,quædã.s.est ꝑfecta,& quædã imꝑfecta,ꝑfecta,vt forma mixti,imꝑfecta,vt forma elemẽtalis(vt ait ipse Auer.)tũc ad propositũ dicit,ꝙ vnũ subiectũ,loquendo de formis ꝑfectis,nõ põt hẽre plures formas,tñ bñ põt recipe plures formas.s.formas imꝑfectas,primo,vt sunt formæ elemẽtoꝝ,& deinde formã ꝑfectã.s.mixti.Et sic,qñ dicit Auer.ꝙ vnũ subm nõ põt hẽre plures formas,loqtur de formis ꝑfectis.Hãc rñsionẽ ẽt dat Burleus sup.1.phy.69.& ẽt sequuti multi post istos,tñ saluo meliori iuditio,videt,ꝙ,si ista rñsio eẽt vera,rueret argumẽtũ Auer.cõtra Auic.3.cœli.67.qa Auic.ponebat formas elemẽtoꝝ substãtiales ꝑfectas in mixto, dicit Auer.ꝙ cõpositũ tunc erit vnũ ꝑ accidẽs,si ergo vis formas elemẽtoꝝ incurrere,vt forma in mixto ad materiã,tunc mixtũ esset ens ꝑ accidẽs.ꝙ si tu dicas,ꝙ nõ sunt tãtę perfectionis,vt forma mixti,hoc idẽ diceret Auic.qa & ipse ponit latitudinẽ in formis.Iõ aliter dicẽdũ est,ꝙ semꝑ vnũ subm,vnã possidet formã.Et ad obiectũ de mixto dicit,ꝙ formæ mixti receptiuum subm quod vnum est,nõ hẽt nisi vnã formã,tale ãt subm nõ est nisi materia prima,per quatuor elemẽtales formas informata.Nã vt subm elemẽta cõcurrunt,& in rõne formæ,sola mixti forma cõcurrit.Hãc rñsionẽ ex doctrina Auer.hẽmus.3.cœli.67.vt ẽt notat Zimara theo.20.Itẽ Auer.2.colliget.cap.2.de iuuamẽtis mẽbroꝝ officialiũ deseruiẽtium sensui in gñali ait.aĩa nutritiua quæ est in embrione præparata est recipere animã sensibilẽ,& stat cum ea loco formæ,& finis,& nutritiua est ei loco materiæ,ẽt Themi.3.de anima cap.27.ait sane ordo naturę,& processus hic est,vt respectu inferioꝝ,superioribus vice formaꝝ utatur,respectu superioꝝ,inferioribus loco materiæ.Et sic iste modus rñdẽdi ex optimis expositoribus sumptus est.Vñ oẽ corpus & cõposita subã,aut de simpliciũ est numero,aut mixtũ ẽ,si de simpliciũ numero,vt sunt quatuor elemẽta,tũc materia prima interminatis dimẽsiõibus,et dispõnibus qualitatiuis ꝑdisposita,nõ hẽt nisi vnã formã,a qua hoc aliqd,et in actu ipsum elemẽtũ fit.Si ãt mixtũ fuerit,tũc totũ resultãs ex materia,et quatuor elemẽtoꝝ formis ibi refractis,est subm.Et vna forma sola,videlicet mixti,ibi ẽ,et sic cessat dubiũ.

Respõsio Ioannis

Impugnatio

Dictũ Themistii notãdum.

VTRVM FORMA SIT INDIVIDVATIONIS PRINCIPIVM, VEL MATERIA? CONCORDANTIA. LXXIX.

ARisto.2.de aĩa.2.describẽs formã dicit,ꝙ ꝑ eã indiuiduum est hoc aliqd.& Auer.in Co.dicit,ꝑ quã indiuiduum fit hoc,ergo de intẽtione Arist.& Auer.est,ꝙ forma indiuiduatiõis principiũ sit.Oppositum huius videtur ex Arist.1.cœli.92.vbi dicit,qui dicit cœlum dicit,dicit formã,qui dicit hoc cœlũ,dicit materiã,& Auer.dicit ꝙ vniuersalitas est a forma,ergo indiuidualitas est a materia.Et in disputatione.1.in solu.7.dubij,cã cõuenientiæ est forma,cã pluralitatis est materia,& indiuidua differunt in spetie propter materiam.Ad hoc sunt plures respondendi modi.Et ista quæstio est valde difficilis,tamen(quicquid alij dicant)nõ sit curæ pro nunc,illud referre.nõ recedendo ab Auer.doctrina,sic videtur resolute huic dubio satisfaciẽdum,ꝙ ista qõ est multiplex,ideo distingui debet.1.cœli.110.refert dicere,quod est illud,quod indiuiduum a quiditate differre facit,& tunc tale est materia,& differt dicere,quod est illud,quod in eẽ indiuisibili,& entitatiuo indiuiduum ponit,& tunc tale,est forma.Videas 3.de anima.9.in quibusdã,aliud est caro,& carnis esse,& magnitudo,& magnitudinis esse,in quibusdã autẽ differunt.i.in quibusdã indiuiduum distinguitur a quiditate,in quibusdã aũt non,in cõpositis materialibus,aliud est indiuiduum,& aliud est quiditas carnis.7.metha.41.in cõceptis cum materia,aliud est,quod quid est,ab eo cuius est,quid est.i.aliud,est indiuiduum a quiditate.en-

tia ſeparata non habent differentiam inter quiditatem & indiuiduum.12.metha.39.Sed dices;quæ eſt cauſa,ꝙ diuerſa eſt quiditas,ab eſſentia in his indiuiduis materialibus?dico,ꝙ eſt materia,& ideo dictum eſt,ꝙ differentia eſt inter eſſentiam & quiditatem,quia materia eſt pars eſſentiæ,non tamen eſt pars quiditatis,quia quiditas eſt vniuerſale,materia autem non habet intentionem intellectam ab ea.12.metha.14.ſola ergo quiditas eſt forma & ideo cauſa diuerſificationis eſſentiæ,a quiditate,eſt materia.In rebus autem abſtractis nõ eſt hoc.Dico ergo,ꝙ materia eſt,quæ diuerſificat indiuiduum a quiditate,& hoc intendunt auctoritates ſonantes materiam eſſe principium indiuiduationis.Si vero vellimus loqui de indiuiduo in ſe,vt a quo habeat hoc indiuiduum,ꝙ ſit,ens & in actu?Dico,ꝙ eſt a forma.& hoc volunt auctoritates dicentes,formam eſſe,qua indiuiduum fit hoc,probatur,quia forma poſita,ponitur eſſe indiuidui,& ea remota remouetur,ergo &c.probatur,quia Ariſto.2.de anima,2.dicit,formam eſſe ſubſtantiam,per quam indiuiduum eſt hoc aliquid.Et ꝑ rationẽ probatur,quia hoc eſſe eſt effectus formæ(vt dicit Boetius in de vnitate & vno)& addit,ꝙ peripatetici deſcribente eſſe,dicunt,ꝙ eſt eſſe formæ in materia,& probatur ꝑ Themiſtium dicentem,ꝙ res a materia habuerunt vt fierent,& a forma vt eſſent.7.metha.35.forma eſt res,quæ quum fuerit,erit res,materia autem,quum fuerit,nõ erit res.Vnde in artificialibus,ſemper eſt verum,& in naturalibus,ꝙ poſita forma,ponitur materia,& non econtra,& ideo materia per ſui poſitionem nõ ponit formam ſed bene econtra;Ergo &c.Et.1.de anima.90.omne quod eſt vnum numero,& continuum eſt a forma;ergo &c.Et hæc pauca ſufficiant,dicant alÿ quidquid velint.

VTRVM OMNIVM NATVRA CONSTANTIVM TERMINVS SIT ET RATIO MAGNITVDINIS ET AVGMENTI: CONCORDANTIA. LXXX.

Reſponſio ſm Egidiũ.

ARiſto.2.de anima.41.ait,ignis enim augmentũ in infinitum eſt,quouſq; fuerit cõbuſtibile.Ex quibus videtur,ꝙ nõ omnium natura cõſtantium ſit terminus,& ratio magnitudinis,& augmenti.ignis enim(vt.2.phy.in principio habetur)ens naturale eſt.Oppoſitũ huius habetur ab ipſo Ariſto.2.de anima eodem tex.vbi ait,natura autẽ cõſtantium terminus eſt,& ratio magnitudinis,& augmenti.Huic dubio ſatisfacit Egidius dicens,ꝙ ſi Ariſto.mens inſpiciatur in ea propoſitione,in augmento naturaliter facto in corporibus animatis ſermonẽ habet.iſto modo,augmentũ animatorũ eſt finitum,augmentũ ab igne nõ eſt finitum.ergo augmentũ animalium nõ eſt ab igne.ideo licet proferre vniuerſaliter hanc propoſitionem ſit mos.Extra tamẽ Ariſto.ſententiam eſt,quia ratio philoſophi fuit cõtra antiquos,ꝙ in animalibus,& plantis,augmentũ ab igne nõ fiat,ſed quæ augmentatio ab igne fit,nõ eſt proprie dicta,quia veras augmenti cõdictiones nõ habet.ſ.vt ſit idẽ a principio vſq; ad finẽ,& ꝙ quælibet pars aucti augeatur,& ꝙ ꝑ intus ſuſceptionẽ fiat.Prima cauſa,ꝙ ingenerabilibus ſit terminus in magnitudine,& augmento,eſt forma,deinde materia.3 eſt ordo vniuerſi.Vnde Egidius circa hoc,ꝙ res naturales quantitatis determinatæ ſint,has ponit cõcluſiones.prima eſt,ꝙ a forma terminationẽ habent,vt etiam in.1.cap.de ſubſt.orb.Auer.notat,quãtitas inſequitur materiã,ſed determinatio inſequitur formam.&.1.cœli.72.ait Auer.formæ diuerſarũ naturarũ requirunt materias diuerſarũ quantitatũ.&.2.de anima.97.maxima dimenſio materiæ eſt ſub forma ignis,& minima eſt ſub forma terræ.Secũda Egidÿ cõcluſio eſt,ꝙ etiã a materia terminatio eſſe poteſt,quia corruptibiliũ materia finita eſt,ideo terminatũ eſt ignis augmentũ,ꝑꝑ ſuã materiã,quia cõbuſtibilia infinita nõ dantur,& hoc oſtẽdit,quia in rebus cõſtantibus ex tota ſua materia,nõ poteſt augmentũ fieri,quia in eis eſt vnum indiuiduum in vno ſpecie vt.1.cœli manifeſtatur,ideo terminationis ratio a materia eſſe poteſt.& ideo aliquando corruptibilia a forma terminationẽ habent.interdũ vero a materia.Sed(vt notat Zimara in.2.de anima.41.)Egidius eſt in errore,ſi ſic abſolute ſermo eius intelligatur,quia forma & materia ſunt diuerſæ naturæ,& aliquas proprietates ꝑfectioni ateſtantes habent,& aliquas imperfectioni,terminatio & interminatio ſunt oppoſita,ſi terminationis principiũ forma eſt,quod atteſtatur ꝑfectioni.oportet vt interminatio materiã inſequatur,quæ imꝑfectioni atteſtatur.Et hæc eſt mens Auer.in cap.1.de ſubſt.orb.ꝙ quãtitates,& qualitates interminatæ materiam inſequãtur,& ideo licet prima Egidÿ cõcluſio vera ſit ſecũda tamẽ vera nõ eſt.videas.3.phy.60.vbi Auer.ait,ꝙ in hac propoſitione,continuũ eſt diuiſibile in infinitũ,cõuenit naturalis cũ geometra,ſed in hac cõcluſione,continuũ eſt augmẽtabile in infinitũ,nõ cõcordant,ratio eſt,(inquit,)quia ire ad augmentũ,eſt ire ad eſſe,& formã.diminui autẽ,eſt ire ad nõ eſſe.ideo omnia naturalia corpora reſiſtunt diuiſibilitati,quia ad corruptionẽ,via diuiſio illa eſt,finitas ergo eſt a forma,& infinitas a materia,& ideo terminatio in rebus eſt a forma,& interminatio eſt a materia.Ad id autẽ quod dicit,ꝙ rebus ex tota ſua materia cõſtantibus nõ eſt niſi vnũ indiuiduũ in ſpetie ergo terminatio eſt a materia,reſpõdetur,ꝙ eſt in æquiuoco.hic enim ſermo eſt de augmẽto,quod eſt in quãtitate cõtinua,& nõ de quãtitate diſcreta,ideo dato ꝙ eſſet verũ,ꝙ in cõſtantibus ex tota materia,nõ poteſt fieri niſi vnũ in vna ſpetie.hoc de quãtitate diſcreta verũ eſt.nõ tamẽ de quãtitate diſcreta ſermo eſt,ſed cõtinua.ſed dato,ꝙ de diſcreta quãtitate ſermo eſſet,tunc huius terminationis in numero cauſa nõ eſt a materia,ſed a forma.Vnde ſi in plura ſuppoſita,forma mũdi multiplicabilis eſſet,natura ei materiã dediſſet,ſecũdũ quã multiplicari poſſet.

Diſtãtiæ entiũ ſunt terminatæ.

Vnde quãdo.1.cœli dicitur,ꝙ forma quælibet eſt multiplicabilis,id ſecũdũ logicã potentiã veritatẽ habet,quæ dicitur nõ repugnãtia.Vnde.2.cœli.54.diſtãtiæ entiũ ſunt terminatæ.& ideo a forma eſt,ꝙ cœlũ nõ ſit multiplicabile,materia autẽ eſt cõ cauſa,ratio eſt ex.2.phy.72.&.87.forma nõ eſt propter materiã,ſed materia eſt propter formã,& cauſa multiplicationis in materÿs eſt a forma,& nõ ecõtra,(vt antiqui voluerunt)ſed(vt dicit prefactus doctor)forſan Egidius habuit bonũ intellectũ,licet eius verba nõ oſtendant,quia formæ naturales magnã latitudinem habent.Sunt duo extrema.ſ.prima materia,& actus primus.12 metha.18.& formæ recedentes a materia,accedunt in perfectione ad primum motorem.Et iſta eſt forma illa,quam cum natura potuit pertingere,ſtetit,& eſt forma hominis,quæ dicitur eſſe propinquiſſima deo.formæ vero propinquiſſimæ primæ,materiæ,ſunt elementorum formæ vt dicit Auer.3.cœli.63.&.2.cœli.32.eſſe formarũ elementalium,eſt propinquum primæ materiæ.ſi ergo iſtæ formæ elementales,ſi conſiderentur abſolute,vt habent afficere primam materiam ſunt interminatæ.ſed dices.6.phy.32.Auer.dicit oppoſitum.Reſpondetur;ꝙ elementales formæ dupliciter conſiderantur,vno modo abſolute,& vt ſic,nullam habent terminationem,& ſunt interminatæ,quia ſunt propinquæ primæ materiæ.Ariſto.3.cœli.67.demonſtrat,ꝙ elementa nullam habent figuram,ergo nullam habent formam,quia omnem figuram recipiunt.Recipiens autem debet eſſe denudatum a natura recepti.Vnde cuiuſlibet vaſis aqua figuram recipit.ideo formæ elementales in quolibet puncto & minimo materiæ eſſe poſſunt,quia

Egidius qualiter in errore.

Formæ elementales abſolute cõſiderate non habent terminationẽ

sunt interminatæ. Aliæ autem formæ simul esse non possunt, quia sunt terminatæ. Vnde causa quare corpora non se penetrent, est quantitas terminata, quantitas autem interminata, non est impediens ne corpora se penetrent. Et ideo formæ elementorum quia primæ materiæ proximæ sunt, possunt se penetrare, sicut accidentia, quia sunt mediæ, videas. 8. phy. 82. elementa (inquit) recipinnt penetrationem secundum partes, & tamen mixta hoc minime possunt facere, quoniam sunt formæ perfectæ, ideo elemēta absolute nullā habent terminationem ad maximum, nec minimum, sed quia Auer. dicit oppositum, hoc intelligitur secundum aliam considerationē, vt secundum ꝙ sunt partes mundi, & quia vt sic, habent figurationem a corpore extrinseco, vt ab orbe, ideo est terminatum. Et ideo omnia corpora habent extrema, sed non eodem modo, quia simplicia corpora, si habent extremā, est ab extrinseco, & ab agente naturali, quia omne agens naturale est terminatum, ideo terminatio est a forma, vt a causa finali, & ab agente, vt a causa efficiente. Forma aūt mixti, quia est res perfecta, sibi requirit terminationem. Et ideo, si Egidius voluit dicere, ꝙ forma elemēti ex sui imperfectione non habet terminationem, vt aliæ formæ, recte dixit, sed habet id a materia ob sui imperfectionem. Est tn̄ aduertendum, ꝙ proposiito qua dicitur, corpora ad maximum, & minimum esse terminata, non debet intelligi de maximo, & minimo in indiuisibili. Et ex hoc multa argumenta sophistica remouentur. Et sic patet, qualiter dubium tollitur. Restat solum pro maiori notitia declarare vias, quibus philosophi res naturales corruptibiles per maximum & minimum, cognouerunt determinari. Et sciendum est, ꝙ sicut in reliquis ex notioribus ad ignotiora deuenerunt, sic in hoc fuit. Prima via fuit ex operationibus, Secūda ex similitudine rerum artificialium. Prima via ex operationibus fuit, quia videntes res corruptibiles, determinatas dispositiones quantitatiuas, & qualitatiuas requirere. Et per hanc viam processit Auer. in .1. cap. de subst. orb. nos videmus, ꝙ aqua feruens in tantum crescit feruendo, ꝙ expoliatur a forma aquæ, & conuertitur in aerem, eodē modo viderunt, ꝙ forma aeris intantum condensari pōt, vt sub ea parua quantitate, non posset forma aeris conseruari, Ista ergo experimenta dictant, ꝙ est certa quantitas, sub qua minori non pōt forma conseruari. Similiter est de aqua, ꝙ quando deuentum est ad vltimum terminum, non seruatur forma aquæ. Eodem modo perceperunt experimentis, ꝙ requirunt certas qualitatiuas dispositiones, quia videmus, ꝙ humanū corpus, pōt deuenire ad tantum caloris, vt sequatur mors. Et Arist. 2. de gene. dicit, ꝙ omnia huius mundi sunt certi periodi. Et Auer. in lib. de morte & vita ex Aristo. intentione in. 2. genera. vita hominis est vsꝙ ad. 70. annos. & . 2. de gene. 39. datur minimum tempus, in quo vita hominis nascitur, vt infra. 7. mensem, & supra. 11. homo qui nascitur non viuit. & Auer. expresse. 6. phy. 91. dat exēplum de embrionibus, ꝙ magnitudinem terminatam ad maximum & minimum habent. Et vniuersaliter hoc cōcludit in omnibus & . 8. phy. 62. 1. cœli. 72. Secunda fuit via similitudo cognita ex arte, quia. 2. phy. 14. ars imitatur naturā, vnde forma artis, est quæ ponit terminum, in rebus artificiatis, vt maleus habet talem firmam & quantitatem non ab instrumento, quod efficit, sed talem figuram habet ab artis forma. Ita ars est imitatrix naturę, & forma naturalis est quæ imponit terminum rebus naturalibus, neꝙ ars vtitur infinitis instrumentis, & . 1. phy. 50. ars euitat superflua, sicut etiam natura, maleus enim artis non pōt sub quacunque quantitate conseruari. Si enim esset adeo magnus, inutilis esset, similiter si paruus esset, vt granum milij, esset inutilis. Et his vijs processerunt, Et hoc quo ad quia est quantum vero ad propter quid, dictum est supra. Et hæc sufficiant.

Q ūo intelligitur propō qua dicitur corpora &c.

V ita hoīs est vsꝙ ad 70. annos.

ars nō vtitur infinitis instrīs.

VTRVM AGENS HABEAT ESSE A SE, CONCORDANTIA. LXXXI.

AVer. 2. de anima. 54. ponens secundam differentiam ait, quoniam omne numeratum in genere passionis, nō habet esse nisi ab aliquo. s. agente, & ideo, si agens non fuerit, hoc non erit. Omne enim numeratum in genere actionis habet esse ex se, non ab alio. Ex quibus videtur, ꝙ agens a se habeat esse. Oppositum huius habetur ab Aristo. in. 3. phy. in tractatu de motu, vbi quærit. Vtrum motus sit in moto? aut in motore? Item. 9. metha. 2. diffinit potentiam actiuam per passiuam & econtra. Et ipse Auer. in cōmento dicit ibi, ꝙ est manifestum per se, ꝙ nihil agit in se nec patitur a seipso, confirmatur. quia indisputatiōe prima. in solutione primi dubij. principium est per se notum, ꝙ nihil agit in seipsum. ergo principium actiuum non habet esse a se. & . 12. metha. 18. dicit, ꝙ nisi sit potentia passiua, nō erit agens, quia actio agentis est extrahere rē de potentia passiua ad actū. Suessanus in. 2. de anima forte videns hoc, exponit verba Auer. secundum sensum, quem Auer. nunꝗ somniauit, si verba ipsius volumus cernere, vt facile videri potest. Tamen hoc mirum non est. ¶ Dicamus ergo ad contradictionem, vt placet Zimaræ in. 2. de anima, vbi dicit, ꝙ mirabilis contradictio videtur. & responsio talis est, ꝙ Auer. non vult dicere, ꝙ virtutes actiuę sint ex se: ita vt non requirant passiuas, quia hoc est falsum, vt. 12. metha. 41. 8. phy. 99. 2. cœli. 71. & . 3. cap. de sub. orb. contra Alexandrum & Auic. qui ponebant corruptibile per potentiam passiuam, ꝙ non est corruptibile, per potentiam actiuam. Et ipse innititur, ꝙ omne corruptibile per potentiam passiuam, est corruptibile per potentiam actiuam, quoniam ista referuntur, & ideo vult dicere, ꝙ non est vniformis dependentia virtutis passiuę, ab actiua, & econtra. Quia. 2. phy. 26. materia refertur ad formam, non tamen forma est propter meteriam, vt. 2. phy. 92. & . 96. & . 2. de anima. 60. 12. metha. 30. 9. metha. 13. actus essentialiter, non refertur ad potentiam, sicut potentia refertur ad actum. Virtutes ergo passiuę, quia sunt materiales, referuntur ad actiuas, & in diffinitione potentiæ passiuę sumitur diffinitio potentiæ actiuæ, quæ est prima forma. Virtutes ergo actiuæ sunt ex se. i. habent respectum absolutum, non dependentem ab alio, & illa relatio non est essentialis. Et hoc modo tollitur dubium.

Materia refertur ad formam.

VTRVM SINGVLARIVM SIT SCIENTIA? CONCORDANTIA. LXXXII.

ARisto. 7. metha. 53. ait. vnde & substantiarum singularium, nec diffinitio, nec demonstratio est. & Auer. in Commē. ait, & ideo sensibilia non habent diffinitionem, neque demonstrationem, quia postquam recedunt, non habent, nisi existimationē, & ideo oportet diffinientes scire, ꝙ si diffinitio esset particularium, necesse esset, vt particulare esset permanens. Et infra in fine Commenti ait, quia diffinitiones sunt reꝝ permanentium, secundum ꝙ sunt vniuersales, nō particulares. Hoc ēt affirmat pluribus dictis Aristo. in. 1. poste. & Auer. in multis locis. Oppositum huius videtur velle Auer. 1. metha. 44. vbi ait, philosophia nō considerat, nisi de rebus existentibus extra animam. res existentes extra animam, secundum ꝙ existentes, sunt singularia secundum

Peripateticos, nisi habeas dicere, ꝙ extra animam sunt vniuersalia vt posuit Plato. ¶ Ad hoc respōdetur, ꝙ si bene Auer. dictū intelligatur in. 1. metha. hæc contradictio nihil est, licet illud dictum multos vexauit, & in errorem deduxit, ob malum sensum, illi attributum. Intentio Auer. ibi est talis, ꝙ per ens extra animā non intelligit rem existentem secundum ꝙ existens, sed rem haben tem essentiam, seu quidditatem, ad differentiam non entium, sicut sunt figmenta. Et vniuersaliter, quæ sunt impossibilia, & non habent conceptum intelligibilem de eis. & hoc modo intelligendo Auer. non dicit, ꝙ scientia sit singularium, & sic omne dubium remouetur. Illi autem, qui exposuerunt hoc dictū, & dixerunt, ꝙ scientia considerat res, & rerum quidditates, vt cōcernunt actua lem existentiam. & asserunt diffinitiones, & demonstrationes, esse de actualiter existentibus, secundum ꝙ existunt, nescio quo pa cto vere, & non ꝑ subterfugia possint euadere, à cōtradictione in dictis Auer. quia ista opinio est aperte contra sententiā Auer. in paraphrasi super. 4. cœli summa. 3. cap. 1. vbi ait, nos autem dicamus perfectius, diffinitiones constitui ex genere & differentia, quarum neutra a diffinito se iungi potest, quia pars est diffiniti (vt in posterioribus ostenditur) ꝙ autem proprie rei actiones con stituant loco differentiæ, in rebus, vbi differentiæ non apparent, secundum se totum. vti in palmæ diffinitione dicimus ipsam esse ar borem dactilum producentem, quod & ibidem ostensum est. Quemadmodum igitur, huiusmodi diffinitiones fieri solent, vbi pri mum, perfectumꝗ diffinitionum genus haberi non potest, & quando tunc loco differentiæ, actio sumitur, non est intentio, ꝙ hæc ipsa inuenta sit in actu. Si quidem interdum inuenta est actio, quandoꝗ minime differentiæ autem, & ꝙ illarum fungitur officio separari quidem nequeunt, alioquin non esset palma, nisi dum dactilorum fructum producit. Si intentio eius esset, in eius diffinitio ne dactili productio actu, quod falsum etiam constat, sed ponitur loco naturalis differentiæ de cuius more est, vt talis actio proue niat, siue hæc ipsa actio procedat ab ea semper, siue non semper &c. Ecce quomodo Auer. ostendit clare intentionem suam nō esse ꝙ scientia consideret res, & rerum quidditates, vt concernunt actualem existentiam, & diffinitiones, & demonstrationes, esse de actualiter existentibus, secundum ꝙ existunt, nil melius credo, quàm Auer. per Auer. exponere. & hæc sufficiant. si diffusius hæc vis videre, videas Zimaram in tabula.

Sententia Auerr. in paraphrasi

VTRVM IN SCIENTIA POSSIMVS VTI METHAPHORIS. CONCORDANTIA. LXXXIII.

ARisto. 1. phy. 51. post plura verba ait. Sed hoc est materia, sicut in fœmina masculum, & turpe bonum. Ex quibus clare pa tet, ꝙ in scientia methaphoris vtatur philosophus. Oppositum huius habemus ab ipso Aristo. in. 2. poste. 22. vbi ait. Dispu tandum, neꝗ diffiniendum, per methaphoras esse, & Auer. ibi in magnis cōmentarijs, & est super tex. 84. secundum il lam sectionem, hoc præceptum vtile est in diffinitionibus, & est, ꝙ non facias diffinitionem nominum exemplarium translatorum ad rem ex similitudine, quoniam huiuscemodi diffinitiones tradunt vtiꝗ similitudinem rei, non veritatem ipsius, & non est lon ginquum, ꝙ accidat propter nomina exemplaria, illud quod accidit ex nominibus cōmunicantibus, hoc est, ꝙ existimetur de rebus multis, ꝙ ipse sunt res vna &c. Hoc etiam habetur ex Arist. in. 2. topicorum. cap. 2. & etiam ex Auer. ibi. Ad hoc dico, & inue nio duos respondendi modos, quia hæc ambiguitas fuit mota per Auicennam contra verba philosophi, & primus modus est, ꝙ rei veritas est, ꝙ in scientia methaphoræ haud sunt ponendæ, & ad Aristo. in. 1. phy. dicunt, ꝙ Aristo. ibi hoc facit, quia ibi loquitur cō tra Platonem, qui talibus methaphoricis loquutionibus vtebatur, assimilans materiam matri, & fœminæ, & formam, masculo, ideo Aristo. vtitur methaphoris ab eo sumptis. Iste modus tangitur à sancto Thoma. Sed mihi videtur. ꝙ talis respondendi modus, non sit euacuans bene dubitationem in doctrina Aristo. quia dato, ꝙ auctoritati primi phy. 81. satisfaciat, tamen non solum ibi Aristo. methaphoris vtitur. sed etiam alibi, vt. 3. de anima. 14. vbi assimilat intellectum possibilem tabulæ non scriptę. ¶ Alter modus re spondendi ponitur ab Auer. in fine cōmenti. 81. primi. phy. dum ait. sed materia appetit formam, sicut fœmina marem, & licet, nō vsitatur in doctrina demonstratiua. tamen, vsitatur in rebus nō sensibilibus, quæ non intelliguntur, nisi per cōparationē. Ex quibus hēmus, ꝙ licet, Arist. abhorreat locutiones istas methaphoricas in scientijs speculatiuis, tamen, quū loquimur de entibus, quæ non possumus cognoscere, nisi per analogiā, possumus vti methaphoris. ¶ Nota ēt (vt dicit Alexā. in paraphrasi de anima in cap. de phantasia) ꝙ vbi est indigentia nominū in propria significatione, possumus vti transumptione, & methaphoris. Hoc ēt hētur ex Themistio in lib. de memoria, & reminiscentia. Vnde relinquitur, deductis aliquibus casibus, nō licet in scientijs methaphoricis ser monibus vti. Et pro hoc facit, quod Auer. contra plurimos dicit in. 1. cœli. 106. ꝙ aut peccant, aut deuiant a veritate, aut male do cent. & Themistius in paraphrasi primi de anima cap. 20. inquit. nā nō est æquum in altissimis philosophiæ qōnibus aliud senti re, aliud dicere, cum. n. res semp digna homine est ne a mente verba dissentiant, tum id maxime in rebus obscuris, & creperis ob seruādū, quo ea quę suapte ingenio, & natura remota, & condita videntur, verbis illustribus & q̄ maxime pōt declarantibus ven dicantur a tenebris, hoc ēt ex sententia philosophi habetur in. 2. metheo. cap. 1. vbi opinio Democriti de mari impugnatur, vbi di cit, ꝙ a fabulis Esopi illa opinio non deficit, & magis ipse Democritus increpatur, quia more poetarum, Esopo aliquid in metha phoris tradere licebat, sed philosophis veritatem inquirentibus, non licet hoc facere. Et hęc sufficiant.

Duo respō dēdi modi

Dictum Alexādri

VTRVM CVM DICITVR QVOD CONFVSA, SVNT NOTA NOBIS, DEBEAMVS INTELLIGERE PER CONFVSA VNIVERSALIA VEL SINGVLARIA. CONCORDANTIA. LXXXIIII.

ARist. 1. phy. 3. ait. sunt aūt primū nobis manifesta, & certa cōfusa magis. S. Tho. in expōne istius tex. dicit, ꝙ Arist. ꝑ con fusa, intelligit vniuersalia. ꝙ aūt vniuersalia sint cōfusa manifestū est, q̄a vniuersalia cōtinēt in se suas sp̄es in potētia, & qui scit aliqd in vniuersali, scit illud indistincte. tūc aūt distinguitur eius cognitio, qn̄ vnūquodꝗ eoꝝ, quæ cōtinētur poté tia, in vniuersali, actu cognoscitur, qui. n. scit animal, nō scit irrationale, nisi in potētia. Prius aūt est scire aliqd in potētia, q̄ in actu. Secundū igitur hunc ordinē addiscendi, quo procedimus de potentia in actū, prius quo ad nos, est scire animal, q̄ hominē. Et sic per

ipsum

ipſum clarum eſt, ꝙ per confuſa Ariſto. intelligat vniuerſalia, & ſic vniuerſalia erunt nobis notiora. Oppoſitum huius habetur ab ipſo Ariſto. in. 1. poſt. vbi ait. priora autem, & notiora dupliciter ſunt. Non enim idem eſt natura, & ad nos, prius, neq; notius natura, & nobis notius. Dico autē priora ad nos, & notiora, proxima ſenſui, ſimpliciter autē priora, & notiora, quæ longius ſunt. Sunt autē quidē lōgiora vniuerſalia, maxime autē propinquiora ſenſui ſingularia, & opponuntur hæc ad inuicē. Et ſic ſecundū hanc expoſitionē, Ariſto. ſibi ipſi cōtradicit. Hæc etiā cōtradictio ſequitur ſecūdū expoſitionē Auer. & licet hoc non ſic appareat in co. 3. apparet tamē clare in co. 5. vbi Auer. digrediendo mouet quæſtionē, & dubitatio talis eſt, quia videtur, ꝙ ſermo Ariſto. in tex. 3. & 5. cōtineat eandē ſententiā quia Ariſto. in tex. 3. dicebat, ꝙ magis nota ſunt magis cōfuſa. Aut tu intelligis per confuſa ſingulare, aut ſpecies ſpecialiſſimas? Si dicas, ꝙ p confuſa intelligit ſingulare, hoc nō poteſt dici, quia Ariſto. loquebatur de via doctrinæ, quæ eſt demonſtratio quia. Singularia autē nō ponuntur in demonſtratione aliquo modo. Immo dicit Alexāder, & Ioannes grāmaticus, ꝙ Ariſto. in libro priorum nō diffiniuit propoſitionē ſingularē, quia nullo modo ingreditur ſyllogiſmū, ergo nec demonſtrationem. Si vero dicatur, ꝙ per confuſa intelligit ſpecies, igitur idem dicit in tex. 3. & 5. hæc eſt dubitatio ibi ab Auer. mota.

Dubitatio mota per Auer.

Huic dubitationi dat duas ſolutiones, prima eſt, ꝙ poſſumus dicere. ꝙ Ariſto. in tex. 3. per confuſa intelligit ſpecies, & ſic tam in tex. 5. quam in tex. 3 loquitur de ſpeciebus, ſed non eodem modo, quia in. 3. tex. Ariſto. comparat ſpeciem ad cauſas ſecundum fidem. i. ad materiam & formam, & vt ſic ſpecies eſt notior, quam materia, & forma. Vnde per accidentia inuenta in ſpecie, quæ conueniunt ratione materiæ, deuenimus in cognitionem materiæ. Vt ex hoc, ꝙ homo eſt corruptibilis, cognoſcimus materiam, & per riſibilitatem inuentam in homine, deuenimus in cognitionem formæ. Sed in tex. 5. comparat ſpecies ad cauſas ſecundum imaginationem, quæ ſunt genus & differentia. Vnde duplex eſt compoſitio ſpeciei ex ſuis cauſis, quædam eſt ex cauſis ſecundum imaginationem, & quædam eſt ex cauſis ſecundum fidem. Cauſæ ſecundum imaginationem ſpeciei ſunt genus & differentia, ex quibus ſpecies diffinitur. Et ideo dicuntur cauſæ ſecundum imaginationem, quia genera & ſpecies ſunt vniuerſalia, quæ apud Ariſt. non habent eſſe extra animam (vt poſuit Plato). 3. de anima. 18. & 12. metha. 4. Vnde. 1. metha. 45. philoſophus opinabatur, ꝙ intellecta vniuerſalia ſubſtantias rerum notificant, & non ſunt ſubſtantiæ earum. Cauſæ autem ſecundum fidem ſunt materia & forma, quæ habent eſſe extra animam. Caro enim in cōmuni, & anima in cōmuni ſunt partes ſecundum fidem hominis in cōmuni, vniuerſalium cauſæ ſunt vniuerſales, & ſingularium ſingulares. 2. phy. 38. Secunda ſolutio eſt, ꝙ poſſumus dicere, ꝙ Ariſto. in 3 tex. per confuſa intelligit ſingulare, & ad argumentum dicit, ꝙ licet indiuiduum non ſit principium in doctrina demonſtratiua, tamen eſt principium acquiſitionis vniuerſalis, quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ. Hoc dicit formaliter Auer. pro ſolutione argumenti. Ex quibus omnibus clare patet, ꝙ dictum Ariſto. in. 1. poſteriorum ſecundum ſuam expoſitionem repugnat. 3. textui. 1. phy. Nam dicendo, vt dicit prima ſolutio Auer. ꝙ per confuſa poſſumus intelligere ſpecies, clarum eſt, ꝙ nota nobis ſunt vniuerſalia. Species enim vniuerſale quodam eſt. Cuius oppoſitum dixit Ariſto. in. 1. poſte. vbi ait, ꝙ nobis nota ſunt ſingularia.

Duplex reſponſio.

S. Tho. vidit hanc contradictionem, & ſoluit hoc modo, ꝙ Ariſto. in. 1. poſte. loquitur de ordine vniuerſalis ad ſingulare ſimpliciter, quorum ordinem oportet accipere ſecundum ordinem cognitionis intellectiuæ ad ſenſitiuam. In nobis enim cognitio ſenſitiua eſt prior intellectiua, vnde ſingulare eſt prius & notius, quo ad nos, quam vniuerſale. Sed in. 1. phy. nō ponitur ordo ſingularis ad vniuerſale ſimpliciter, ſed ordo magis vniuerſalis ad minus vniuerſale, vt puta animalis ad hominem. Et ſic oportet, ꝙ ad nos vniuerſalius ſit prius, & magis notum. In. 1. enim phy. ſolum agit de cognitione intellectuali, & in. 1. poſte. de cognitione in cōmuni, comparando cognitionem ſenſitiuam ad intellectiuam. Hoc pacto ſanctus Tho. remouet dictam contradictionem, & eius ſequaces, quantum vero habeat veritatis iſta ſolutio, clare nunc nunc apparebit, quum ſolutionē Auer. recitabo.

Solutio ſecundū ſanctum Thomam.

Auer. autem in. 1. poſte. 12. in magnis cōmentarijs pertractat hanc difficultatem, & dicit, ꝙ eſt idem ſermo in. 1. phy. & in. 1. poſte. & dicit, ꝙ ſingulare non eſt penitus notum, quo ad naturam. Vnde. 2. de anima. 147. potentia quæ ponit differentiam inter duo, debet cognoſcere vtrumq; ſub ratione propria. Ariſto. 1. poſteriorum dicit, ꝙ prius notum quo ad nos ſunt ſingularia, & 1. phy. dicit. Confuſa prius nota naturæ ſunt vniuerſalia. ergo oportet, ꝙ ſit eadem virtus, cui comparetur vniuerſale & ſingulare. Si Ariſto. vult, illud eſſe minus notum naturæ, quod eſt ſingulare, & magis notum, vniuerſale, tunc comparatio erit falſa, quia natura non cognoſcit ſingularia. Vnde ſi per naturam intelligatur Deus, tunc ſingularia non ſunt nota Deo. Si vero per naturam intelligatur agens naturale, tunc etiam ſingulare non eſt notum naturæ. Si vero per naturam intelligat intellectum hominis, tunc eſt falſum, ꝙ ſingulare ſit per ſe notum, quia eſt per accidens notum ab intellectu humano. Relinquitur ergo ꝙ ſi comparatio fiat ad naturam, vt natura magis cognoſcat vniuerſalia, quam ſingularia, vt ſit falſum, quia natura ſingulare non cognoſcit. Si vero intelligatur, ꝙ ſingularia ſint notiora nobis quo ad ſenſum, quam vniuerſalia, eſt falſum, quia ſenſus vniuerſale non cognoſcit, ſed ſolum ſingulare. Iſta ergo comparatio ſit inter intellecta. Vnde vult, ꝙ intellectus noſter prius cognoſcit conceptus vniuerſales, quos abſtrahit a ſenſibilibus, quam conceptus vniuerſales, quos abſtrahit a cauſis, vt conceptum hominis prius intelligit intellectus, quam conceptum cauſarum componentium hominem, vt conceptum ab elementis componentibus hominem. Et ita Ariſto. in. 1. phy. intelligit illud, quod intelligit in. 1. poſte. & ſic nulla eſt contradictio.

¶ Sed inſurgit ardua difficultas contra Auer. nam ipſe in. 5. co. 1. phy. vult in ſecunda ſolutione, ꝙ poſſumus reſpondere, ꝙ Ariſto. in. 3. tex. per confuſa intellexerit ipſa ſingularia & docuit formaliter ſatiſfacere argumento in oppoſitum adducto. Si igitur, per confuſa Ariſto. intellexerit ſingularia, & dixit, ꝙ ſunt nota nobis, vniuerſalius erit notius naturæ, & ſic omnino fiet comparatio inter ſingulare & vniuerſale. Et ſic oportet, vt ſit vna virtus, cui comparetur vniuerſale & ſingulare, & potentia quæ ponit differentiam inter duo, debet illa ſub rationibus proprijs cognoſcere, vt vult philoſophus. 2. de anima. 147. Si vero dicitur, ꝙ ſingulare eſt notius nobis, q̃ vniuerſale, quo ad ſenſum, & ſic comparatio fiat ad virtutem ſenſitiuam, falſum erit, quia ſenſus vniuerſale non cognoſcit. Si dicatur, ꝙ ſingulare eſt nobis notius, & vniuerſale naturæ, faciendo comparationem ipſi naturæ. Dico, ꝙ comparatio nō poteſt fieri, quia quomodocūq; capiatur natura, nunq̃ inuenies, ꝙ cognoſcat ſingularia, vt ſupra dicebatur, quando Auer. ſententiam recitaui. Vnde illa met inconuenientia quæ ſequebantur contra ſanctum Tho. clare ſequuntur contra Auer.

Ardua difficultas cōtra Auer.

¶ Ad hoc dupliciter poſſumus reſpondere. & 1. ꝙ Ariſto. intellexerit per confuſa ſingularia, & quum dicitur; cui ſit comparatio? Dico, ꝙ ſit ad naturam, & per naturam intelligimus intellectum, & quum dicitur, ꝙ intellectus non cognoſcit ſingularia, dico, ꝙ eſt verum de cognitione per ſe, per accidens tamen cognoſcit bene ſingularia, & hoc ſufficit, vt fiat compa-

Duplex reſponſio.

ratio. Et si dicatur, ꝙ pari modo possum respondere pro sancto Thoma. Dico, ꝙ nō; quia. S. Thomas concessit fieri istam comparationem in. 1. poste. vbi sermo erat de cognitione prima, quæ est per se. Auer. vero concedit istam comparationem fieri in. 1. phy. vbi sermo est de cognitione in cōmuni, siue per se, siue per accidens. Alio modo possumus respondere, & dicere, ꝙ per illam secundam solutionem Auer. non vult, ꝙ intelligatur absolute, ꝙ ipse teneat, ꝙ Aristo. per confusa intelligat singularia, sed sua verba debent intelligi sano modo, videlicet hoc pacto, quia fuit argumentum adductum, ꝙ non possunt intelligi per confusa singularia, quia non ponuntur in demonstratione aliquo pacto, ipse Auer. respondet, ac si diceret, dato ꝙ per confusa intelligamus singularia, nō tamen contra nos concludit argumentum. Et sic debent intelligi verba Auer. & non sic secundum corticem. Et ne iste modus respondendi appareat voluntarius, adduco locum ipsius Auer. 1. phy. 43, vbi habet similem modum respondendi. Nam Aristo. in tex. dixit, ꝙ omne quod fit, fit ex contrario, dicit, ꝙ musicus fit ex non musico, sed non ex omni, sed ex immusico, aut si aliquid ipsis est medium. Aliquis posset dicere, quomodo Aristo. dicit hoc; datur ne forte medium inter priuationem, & habitum? Auer. respondet, & dicit. & dixit hoc, non quia inter habitum & priuationem inuenitur medium; sed ad verificandum propositionem dicentem, ꝙ omne quod generatur, aut generatur ex contrarijs, aut ex medio. s. in contrarijs mediatis, & in hoc loco non curat quocunque modo sit, siue aliquis ponat, ꝙ inter habitum & priuationem sit medium, aut non. Ecce ꝙ Auer. ponit similem responsionem. Nam Aristo. non curat de veritate illius, Vtrum inter priurtionem & habitum cadat medium, dum modo verificet illam propositionem. Omne quod generatur &c. sic possumus dicere, ꝙ Auer. non curat, an illud sit verum. s. ꝙ per confusa intelligantur singularia, dum modo ostendat, ꝙ illud argumentum nihil est, quia posita illa expositione, non vadit contra illam. Hæ responsiones pro nunc sufficiant. Si melior occurret dicendi modus, haud inscriptus relinquetur pro nunc, satis erit dubitationem mouisse, & hos respondendi modos adduxisse.

VTRVM HVMANVS INTELLECTVS PERTINGERE POSSIT AD INTELLIGENDVM SVBSTANTIAS, SIMPLICES? CONCORDANTIA. LXXXV.

ARisto. 1. metha. 1. ait, sicut enim nocticorarum oculi ad lucem diei se habent, sic & animæ nostræ intellectus ad ea, quæ sunt omnium naturæ manifestissima. Oppositum huius habetur ab ipso Aristo. 9. metha. 22. vbi loquens de intellectione rerum simplicium & abstractarum, dicit. Ignorantia talium non est, sicut cæcitas, cæcitas enim est, vt vtique si intellectiuum non habeat aliquis. Ad hoc respondetur, & licet de hac re maxime sit quæstio. s. Vtrum intellectus humanus possit pertingere ad intelligendum substantias simplices. Et licet Sanctus Tho. & Scotus cum suis sequacibus impugnent in hoc Auer. tamen non intendo, ad longum istam quæstionem pertractare, sed solum modo soluere apparentem contradictionem in dictis Aristo. secundum mentem eius suique Cōmentatoris. Dico igitur ꝙ secundum sententiam Aristo. (quicquid alij dicant) intellectus humanus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices, vt dicit ipse philosophus in auctoritate adducta. 9. metha. vbi sanctus Tho. (quicquid alibi in hoc contra Auer. dixerit) ab ipsa veritate coactus dicit expresse, ex quo secundum sententiam Aristo. patet, ꝙ humanus intellectus pertingere potest ad intelligendum simplices substantias, quod videtur sub dubio reliquisse in. 3. de anima, hæc ille. ad auctoritatem. 2. metha. respondetur, ꝙ illud exemplum non positum est ab Aristo. vt dicat impossibilitatem, sed vt dicat difficultatem, & hæc responsio est Auer. in illo co. in fine vbi ait, & quia dispositio intellectus de intelligibili est sicut dispositio sensus de re sensibili, assimilauit virtutem intellectus in comprehendendo intellecta abstracta a materia modo debilissimo visui in sentiendo. s. vespertilionis, non comprehendendo maximum sensibilium. s. Solem. Sed hoc non demonstrat, res abstractas intelligere, esse impossibile nobis, sicut inspicere solem est impossibile verspertilioni, quoniam si ita esset, tunc otiose egisset, quia fecit illud, quod est in se naturaliter intellectum, non intellectum ab alio, sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. ¶ Vbi notandum est ꝙ ista consequentia Auer. non est deridenda, vt multi posteriores faciunt. Non enim vis istius rationis consistit in hoc. videlicet, ꝙ essentiæ intelligentiarum sint existentes, quia ab intellectu nostro intelligantur, quia bene videbat Auer. ꝙ essentiæ rerum sunt existentes, licet non intelligantur sicut est sententia eius in. 7. metha. 58. vbi dicit & necesse est, vt essentiæ rerum intelligibilium sint existentes, licet non intelligantur, & auctoritate eiusdem confirmatur. 7. metha. 46 quoniam substantiæ sensibiles non diuersantur in suis substantijs, quando diffiniuntur, & quando non diffiniuntur. s. quoniam sunt substantiæ, licet non diffiniantur &c. Sed ideo dixit ꝙ intelligentiæ non essent intellectæ ab intellectu nostro, tunc essent otiosæ in natura, quoniam si cognitio substantiarum abstractarum intellectui nostro repugnaret, hoc esset in quantum abstractus & in quantum intellectus. non autem in quantum humanus, quia vt humanus, posset intelligere res materiales, quæ sunt potentia intellectæ ergo multo magis poterit intelligere abstracta, quæ sunt actu intellecta, licet non ita faciliter. Vnde relinquitur, ꝙ hoc esset in quantum intellectus, & in quantum abstractus, sed quod intellectui repugnat, in quantum intellectus est, illud cuilibet intellectui repugnat, sequitur ergo, ꝙ simplices substantiæ a nullo intellectu intelliguntur. Si non sunt intelligibiles ab intellectu nostro, nam in his, quæ sunt eiusdem naturæ, aut vniuoce, aut analogice, quidquid per se repugnat alicui ratione naturæ, repugnat omnibus existentibus sub illa natura. Et ratio Auer. est a signo, & non causa. Et ex hoc etiam sequitur per locum a signo, ꝙ natura tunc aliquid ociosum fecisset. nam cum esse substantiarum separatarum sit vita intellectualis. 12. metha. 39. si a se non intelligerentur, frustra essent, quia frustra est essentia, quæ propria operatione caret. Nec ad huc haberent operationem, quæ est secundum locum mouere, quia in intelligentijs. 12. metha. co. 36. motio, præsupponit ipsum intelligere, & velle. Si igitur intelligere carerent, carerent & mouere ipso, & ita essent frustra, & omnia ista sequuntur a signo, & non a causa, & sic consequentia non peccat, & omnia argumenta tolluntur. Et sic minime deridenda est consequentia Auer. Restat igitur dicere, ꝙ intellectus humanus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices, & ꝙ Aristo. non sibi ipsi contradicit, quia difficultatem exemplum illud dicit, & non impossibilitatem. Tamen est aduertendum, ꝙ (vt habetur ex Aristo. & Auer. 2. metha. 1.) talis difficultas non ex obiecti cogniti natura causatur, quia a materia, & materiæ conditionibus talia obiecta sunt actu abstracta. Vnde intellectu agente talia ad hoc, ꝙ intelligantur, non indigent, quantum ad hoc, ꝙ extrahat, & de ordine in ordinem illa transferat; & de potentia intellectis, actu intellecta faciat, quia talia de se actu intelle-

Intellectus humanus potest intelligere substātias simplices.

Declaratio consequentiæ Auer.

cta sunt. Vnde Auer. 3. de anima. 18. ait, ꝙ si essent vniuersalia Platonica extra animam, non opus esset ponere intellectum agentem. Sed difficultas in substantiarum separatarum cognitione ex natura nostri intellectus pendet, quia in genere intellectualium substantiarum infimus est, & vt continuatur nobiscum in intelligendo, a sensu & a phantasia dependet, sed in cognitione materialium entium, ex natura rei intellectæ magis q̄ ab intellectu difficultas pendet, quia possibilis intellectus est in potentia ad omnia intelligibilia, & ab aliquo obiecto, quod actu sit intellectum, oportet, ꝙ ad intelligere moueatur. Sed quia materialia entia de se sunt potentia intellecta, de se ad intellectionem intellectum minime possunt mouere, & ideo indigent motore extrinseco qui de ordine in ordinem illa extrahat. i. de ordine sensibilium ad intelligibilium ordinem, & de potentia intellectis actu intellecta ipsa faciat. Et hic est intellectus agens vt patet. 3. de anima. 18. non tamen omnia materialia æque difficulter intelliguntur, quædam enim similitudine. & comparatione ad alterum intelliguntur, & tandem negatione sicut est notio primæ materiæ, quæ in prima cognitione naturali ex analogia, & comparatione nobis innotuit, & sic naturalis cognoscit eam, vt patet. 1. phy. 69. vide Aristo. 7. metha. 7. cognoscitur etiam vltimate materia negatione, vt patet. 10. metha. 24. quæ cognitio ad diuinum pertinet. Aliqua per effectus, & alijs modis cognoscuntur, pro quibus Scotum videas primo, suæ metha. q. qua quærit an ars ex experimento generetur. Vnde quanto aliqua fuerint magis, aut minus sensata, tanto faciliora, aut difficiliora cognitu sunt. Videas Auer. 2. de anima. 92. & Aristo. 1. post. tex. 33. vbi ait, manifestum autem est, & si aliquis sensus defecerit, necesse est, & scientiam aliquam deficere, quam impossibile est accipere, si quidem addiscimus, aut per inductionem, aut per demonstrationem &c. & in prohemio metha. scribit, ꝙ vniuersalissima sunt difficilia ad cognoscendum, quia sunt a sensibus remotissima. Et hæc sufficiant.

Difficultas in substãtiarum separatarũ cognitione.

Si aliquis sensus defecerit.

VTRVM SEMPER INCIPIENDVM SIT A QVAESTIONE SI EST? CONCORDANTIA. LXXXVI.

ARisto. 2. poste. in principio dicit, ꝙ quæstiones sunt quatuor. s. an est, quid est, quia est, & propter quid est, vnde quum inquisitio de aliqua re fiat, prius de illa re quæstio an sit, debet agitari, illa resoluta, ad alias illius rei quæstiones procedendum est. Oppositum istius Aristo. obseruat in. 1. phy. 6. vbi inquirens de principijs rerum naturalium, dimisa quæstione an est. s. an principia rerum naturalium sint, transit ad quæstionem, quot sint principia rerum naturalium. Vnde videtur, ꝙ faciat contra illud, quod in posterioribus docuit. Vnde debuisset prius quærere, Vtrum principia rerum naturalium sint, & hac terminata debuisset ad alia procedere. ❡ Ad hoc respondet Simplicius, ꝙ Aristo. non quærit, an principia sint, quia hæc quæstio debet pertractari a metha. impugnat Simplicius hanc responsionem, quia potest naturalis de principijs determinare, quia res naturales, sunt corpora, quæ sunt composita, quæ naturalis via transmutationis potest eorum principia cognoscere. Vnde. 1. phy. 40. & 48. alteratio coegit plures ad cognoscendum principia, ex quibus componuntur. & ideo dicendum. ꝙ in rebus simplicibus in quibus dubia est prima quæstio si est, incipiendum est, a si est, vt de vacuo, sed in rebus in quibus quæstio si est, est per se nota, illa quæstio quæri non debet, erat enim omnibus per se notum, principia esse, Numerus autem non per se notus erat. Et sic dubium tollitur, & doctrina in posterioribus tradita vera est, rationi consentaneum est, vt aliqua de istis quæsitis, anotatu digna, hic ponantur. Vnde sciendum est, ꝙ (vt Aristo. in. 2. poste. in principio dicit) quæstiones quatuor sunt. s. an est, quid est, quia est, & propter quid est, verbi gratia de homine, iste quatuor quæstiones formari possunt. Vnde quæstio an est, quærit, an homo sit. quid est vero, quærit, quid est homo, quia est, inquirit, qualis est homo, seu an homo sit risibilis, propter quid, eandem causam inuestigat, vt propter quid homo est risibilis. Et iste quæstiones conueniunt, & differunt, differunt vero in hoc, ꝙ simplices, quærunt esse simpliciter, & compositæ quærunt esse tale. & simplices inter se in hoc differunt, quia altera quærit, de re, an sit. Altera, quid sit. Compositæ vero inter se differunt, quia altera quærit dere, an habeat talem dispositionem altera, propter quid illam habeat? nec potest mens humana plures de re quacunque quæstiones formare, vt patet. Conueniunt autem, quia omnes quærunt medium vt philosophus ibi ait. tamen circa hoc, quod dicitur, ꝙ omnis quæstio quærit medium, dubitatur, an inquirat medium sui ipsius quæstionis, siue quæsiti per ipsam? an alterius? Si dicatur, ꝙ sui ipsius, siue quæsiti per ipsam, sequitur, ꝙ diffinitio non immediate diffinito inest, quod impossibile est. Sequella patet, quoniam quum quid res est, quæritur, medium quæsiti quæritur. Si vero dicatur ꝙ omnis quæstio quærit alterius quæsiti medium, sequitur, ꝙ non omnis quæstio medium quærit, nisi infinitas ponamus esse quæstiones, aut circulariter se inuicem quærentes, quorum vtrumque absonum est. Sequella patet, quoniam semper esset alterum dare quæsitum, cuius altera quæstio, medium quærit. ❡ Ad hoc respondetur, ꝙ omnis quæstio medium quærit, tamen non omnis quæstio quærit sui ipsius medium, nec omnis quæstio alterius quæstionis medium quærit, sed duæ earum. s. an est, & quia est, media suorum quæsitorum inuestigant, quoniam quærendo, an homo sit, quærimus, an sit aliquod medium ad probandum hominem esse? & similiter quærendo, an triangulus habeat tres &c. quærimus si est aliquod medium, ad concludendum triangulum habere tres &c. non enim simplex responsio affirmatiua aliquid horum quærentibus satisfacit, sed ostendere oportet medium, quo hoc teneatur. Reliquæ autem duæ. s. quid, & propter quid, non suorum quæsitorum sed præcedentium media, alio modo inquirunt; Interrogantes namque quid est homo, non medium quiditatis humanæ quærimus, sed ipsam quiditatem, quæ medium est in quæstione, an est. & similiter in propter quid, respectu quæstionis quia. Et sic dubium remouetur. ❡ Notandum est autem, ꝙ quæstiones quid, & quia, differunt a præcognitionibus in duobus, & primo in hoc, ꝙ sub præcognitione, quid concluditur quid nominis sub quæstione vero quid, minime, eo ꝙ quid nominis pars scientiæ non est, sed variationi & placito humano subiacet. Necessario tamen præsupponi oportet, quia absque vocibus doctrina, & disciplina non fit. 2. in hoc, ꝙ sub præcognitione quia, concluditur veritas principiorum, & esse simpliciter subiecti, quorum neutrum clauditur sub quæstione quia, sed veritas principiorum extra quæstiones est, vt pote ex se euidens, & esse simpliciter subiecti, clauditur sub quæstione, an est. Hæc autem volui ponere, quia plures circa conuenientiam & differentiam istarum quæstionum dubitare vidi, & etiam circa ipsarum differentias a præcognitionibus. Vnde differentiam inter quosdam peperit diuersio a sermone formali, dum alij conuenientiam earum inspicientes, alij abstracta quæsitis magis quam quæsita considerantes, alij ad pauca respicientes, in diuersas proruperunt voces. De his satis pro nunc.

Responsio simplicii.

Q̃ones cõueniunt & differunt.

Q̃ones qd & qa differunt a præcognitionibus.

VTRVM SOCRATES VERSATVS FVERIT IN SCIENTIIS SPECVLATIVIS? CONCORDANTIA. LXXXVII.

ARisto.1.metha.5.ait.Socrates vero circa moralia negotiante & de tota natura nihil.etiam Auer.in prologo phy.dicit, quamuis opinetur de Socrate,ꝙ nō fuerunt declaratę ei vię disciplinę cōmunes & proprię &c.Oppositum huius habetur ab Aristo.7.metha.39.vbi dicit,ꝙ Socratis iunioris parabola de animali.i.platonis de ydeis nulla est,&.2.de generatione.52.dicit,fuisse non nullos,qui faciunt causas generationis ydeas,vt in phedrone Socrates.Etiam in.1.de partibus cap.1. in fine dicit,deffiniendi studium tempore Socratis inualuit.etiam.3.cœli.60.dicitur,ꝙ amor geometriæ,& amor magistri fecit Platonem errare,qui voluit de rebus naturalibus causas mathematicas afferre.Ex quibus habetur,Socratem habuisse scientias speculatiuas.¶ Ad hoc dicitur dupliciter,vno modo,ꝙ Socrates de natura nihil disseruit per rationes naturales sed mathematicas,& hoc modo,textus Aristo.1.metha.5.glosatur,& dictum Auer.in prologo.Vel dicas ꝙ ista adducta de Socrate possunt referri ad diuersa tempora,vnde diu versatus fuit socrates in acquirendo scientias speculatiuas,& postea conuertit se ad scientias morales.Et sic dubium remouetur.

Dupliciter respondet.

VTRVM MOTVS COELI PERPETVETVR AB EXTRINSECO? CONCORDANTIA. LXXXVIII.

AVer.12.diuinæ philosophiæ.41.ait,ꝙ motus cœli possibilis est ex se nō esse,cum habeat contrarium quietem,& tamen perpetuatur ab intelligentia.Tamen.1.cœli.124.clare ait Auer.ꝙ possibile ex se,non potest ab alio perpetuari.¶ Ad hoc dico,ꝙ propositio primi de cœlo vt exponitur ab ipso Auer.12.metha.co.allegato est vera.in substantijs,& fallit in accidentibus.Et sic non est contradictio,quia seipsum exponit.si vis videre solutiones instantiarum quæ contra hoc adducuntur vide Zimaram theo.46.vbi de hac materia loquitur.

VTRVM PARMENIDES POSVERIT VNVM PRINCIPIVM VEL DVO? CONCORDANTIA. LXXXIX.

ARisto.1.phy.6.dicit,Parmenidem vnum principium posuisse.Oppositum huius dicit eodem libro.41.vbi ait,Parmenidem duo posuisse principia.¶ Ad hoc respondetur.& est responsio Auer.ꝙ parmenides loquendo de rebus abstractis ponebat vnum principium,sed loquendo de rebus corruptibilibus,ponebat duo principia.Vnde secundum ꝙ de rebus diuersimode loquebatur,diuersimode ponebat.Vnde dictum Aristo.vtrobiꝙ est verum.Et sic tollitur dubium.

VTRVM ANTIQVI SOLVM MATERIALE PRINCIPIVM COGNOVERINT, ET NON FORMALE? CONCORDANTIA. XC.

AVer.1.phy.7.ait,quia solum perceperunt materiale principium,& nō formale.&.2.de anima.36.ait,sicut existimabant antiqui non concedentes causam formalem esse.neꝙ finalem.Hoc etiam habetur ex co.8.7.metha.Ista dicta videntur repugnare illi quod Aristo.& Auer.dicunt.s.ꝙ antiqui cognouerunt plura principia:quia si antiqui non cognouerunt principium formale,ergo non cognouerunt multitudinem differentem secundum formam.¶ Ad hoc respondetur ex intentione Alberti magni,& dicitur,ꝙ antiqui non cognouerunt nisi causam materialem,& hanc dicebant esse substantiam omnium rerum,&.2. phy.9.omnes antiqui vsꝙ ad tempora socratis nō cognouerunt formam substantialem.Dico igitur,ꝙ antiqui ponebant differentias accidentales secundum speciem,& non secundum formā veram.& hæc responsio videtur etiam,ꝙ sit ex mente Auer.dum.2. phy.9.ait,quia tunc nondum sciebant causam formalem,neꝙ erat distincta ab alijs accidentibus,sicut dixit Alexander.Et hæc est veritas.Et sic cessat obiectio.

Responsio sm Alber.

VTRVM FORMAE SVBSTANTIALES ELEMENTORVM SINT MEDIAE INTER SVBSTANTIAM PERFECTAM ET ACCIDENS? CONCORDANTIA. XCI.

AVer.3.cœli.67.ait,dicemus,ꝙ formæ istorum elementorum substantiales sunt diminutæ a formis substantialibus perfectis,& ꝙ suum esse est medium inter formas & accidentia.Ex quibus clare habetur,ꝙ istæ formæ mediæ sunt inter substantiam & accidens.Oppositum huius habetur a philosopho.10.metha.22.vbi habetur,omnia namꝙ media in eodem sunt genere,& quorum sunt media.Hoc etiam ibi Auer.vbi ait,quoniam media,& illa inter quę sunt media,sunt in eodem genere & manifestum est,ꝙ substantia,& accidens eiusdem generis esse non possunt & per consequens medium inter ipsa esse non potest.¶ Ad hoc respondetur,secundum doctrinam Auer.4.cœli.26.ꝙ medium est duplex,aliquod enim est medium secundum comparationem,& aliquod secundum compositionem ex extremis.sic enim primo modo,dicimus aerem & aquam esse media inter graue simpliciter,& leue simpliciter,non secundum compositionem,sicut rubeum est medium inter album,& nigrum.Accideret enim vt aer,& aqua,componerentur ex igne & terra.Sed est intelligendum,ꝙ duę potentię existunt in eis secundum comparationem,ex quo non sequitur,vt sint composita.Aqua enim non dicitur leuis,nisi in comparatione ad locum terræ,& grauis secundum comparationem ad aerem.Vnde ipsa in se habet vnam naturam simplicem,quemadmodum de aliqua re dicitur,ipsam esse dextram & sinistram in respectu diuersorum,& ipsa in se habet vnam naturam simplicem non compositam.Media vero,quæ non dicuntur secundum comparationem,

Mediū est duplex.

comparationem, sunt composita ex extremis contrarijs. hac posita distinctione dico, quod propositio, quæ dicit, quod media sunt eiusdē generis cum extremis, intelligitur de medijs secundum compositionem ex extremis, & non de medijs secundum comparationem. Formæ vero elementales secundum comparationem & non secundum compositionem inter substantiam & accidens, dicuntur esse mediæ, quoniam in aliquo, substantijs assimilantur, & in aliquo accidentibus, non quia elementalis forma, ex natura substantię, & accidentis natura composita sit, sicut plusquam Commentator in. 1. microthegni conatur dicere Com. 15. contra Auer. nā inquit, cum media sint eiusdem generis cum extremis. Si elementa inter substantiam & accidens sunt media: tunc eiusdem generis substantia & accidens essent. Et non animaduertit hanc æquiuocationem, quia in medijs in sola comparatione dictis, aut consistentibus, non oportet, quod media & extrema eiusdem generis sint, sicut elementi forma est medium solum secundum comparationem, nam inquantum hoc aliquid facit est substantia, & naturam & conditionem substātiæ participat, sed inquantum intēditur, & remittitur, sic assimilatur accidentibus, & sic cessat dubium: æquiuocatio. n. multos decepit, & in magnos errores inducit.

Contra plusquā Cōmentatorē.

VTRVM HOC NOMEN ELEMENTVM DICATVR DE CAVSIS INTRINSECIS, AN ETIAM HOC NOMEN PRINCIPIVM? CONCORDANTIA. XCII.

Auer. 1. phy. 1. ait, & intendebat per principia in hoc loco causas agentes, & mouentes, & per causas, fines, & per elementa causas, quæ sunt partes rei. s. materiam & formam. & . 5. metha. Co. 4. ait. elementum non dicitur de causis extrinsecis, sed de causis intrinsecis. Oppositum huius dicit Aristo. 1. phy. 6. vbi causas intrinsecas vocat principia, & Auer. ibi dicit, & oportet necessario secundum naturam diuisionis vt principium existens in re, sit vnum, aut plura, vno. ¶ Ad hoc dico primo quod (vt dicit Auer. 12. metha. 23.) principium dignius est, vt dicatur de causis extrinsecis, elementum autem de causis intrinsecis, vnde ex hoc habetur, quod non inconuenit, si aliquando principium dicatur de causis intrinsecis. Vnde. 8. metha. Com. 2. habetur, principium dicitur de existenti in re, & de existenti extra rem. licet in propria significatione supponat pro causa agente & mouente, etiam. 5. metha. Co. 4. principiū est vniuersalius causa, quia principium dicitur de principijs trāsmutationis, & dicitur de quatuor causis. Inde sumitur omnem causam, principium esse, vt patet. 5. metha. 1. & nō omne principium, cām esse. Et huius ratio est, quia ibidem principium sumitur inter alias significationes, pro principio transmutationis, & motus. Vnde priuatio principium est, sed non est causa, aliter causarum genera non quatuor, sed quinque essent. Sed ab aliquibus huius. s. quare principium in plus quam causa se habeat, alia ratio assignatur, & dicunt, quia. 5. metha. 1. omnis principij commune esse videtur primum esse, & ideo in ordine, ratio principij consistit, sed de ratione causæ est, quod aliud sequitur, ad eius esse, & quia entibus priuatio adueniēs, entitate entia priuat, vt. 1. physi. 80. Altera vero pars contrarietatis, multotiens imaginabitur, ad maleficium ipsius protēdenti in tellectum neque esse penitus, & esse extra omne, & eodem libro tex. 68. sufficiens enim erit alterum contrariorum facere absentia & pręsentia mutationem. In subiecto enim apto nato, nihil aliud est, nisi absentia formæ ipsa priuatio. Sed contra istos instatur, quia si illa est ratio causæ (vt dicunt) tunc materia minime causa erit. Nam Auer. 7. metha. 37. ait, forma est pars, quæ quum fuerit, erit res, materia vero, cum fuerit, non erit res. Hoc etiam innuit Themistius in. 2. de anima cap. 1. dum ait, ac re vera hoc aliquid est, modo illud discrimen intelligat, res a materia vt fierent, a forma vt essent, habere. Et etiam Themistius super. 2. phy. super tex. 11. dicit, quamlibet rem, id quod est habere ex forma, & non ex subiecto. Et in. 2. de anima. 2. forma describitur, forma est per quam, est hoc aliquid. hoc nomen etiam elementum (vt dicit Auer. in. 5. metha. 4. in principio Com.) non dicitur de causis extrinsecis, sed de causis intrinsecis & dignius de materia, sed hoc intelligitur, dum sumitur in significatione propria (vt limitat Auer. in. 1. phy. 1.) vnum tamen omittendum non est, quod (vt dicit Auer. 3. cœli. 31.) elementa de quibus Aristo. egit. in. 3. & . 4. cœli. sunt alia ab elementis, de quibus perscrutatus fuit in. 1. phy. illic enim declarauit, elementa vniuersalia corporum simplicium & compositorum. s. primam materiam & formam. in libris autem de cœlo declarauit, elementa corporum compositorum tantum, quæ æquiuoce dicuntur, elementa cum illis, quoniam quum cōpositum diuiditur, non existunt in actu. Forma enim corrumpitur, & materia induit aliam formam. Ad formam igitur contradictionis redeundo, dico, quod si bene consideratur, de quibus hoc nomen principium dici potest, quod satis daclaratum, puto, non amplius cōtradictio apparebit. Potest. 2. dari alia responsio, quod Arist. in. 1. phy. 6. vbi vocauit causas intrinsecas, principia, vsus sit modo loquendi antiquorum, & vocabulis communibus, quia antiqui causas intrinsecas appellabant principia, & non elementa. Plato enim elementa primus vocasse traditur causas intrinsecas, rem cōponentes quæ ab antiquioribus principia dicebantur (vt tradit Eudemus Simplicio recitante in prologo phy.) & hoc ostendit Aristo. ante ipsos. 1. phy. 48. vbi dicit, omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia, & vere sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate coacti. & . 11. primæ philosophiæ dicit cap. 1. dubitabit autem vtique aliquis, si oportet quærere quæsitam scientiam circa principia vocata ab aliquibus elementa. Et in principio secundi de partibus animalium, vbi ponit triplicem esse compositionem. dicit, primam vtique quis ponit eam, quæ ex vocatis ab aliquibus elementis, puta terra, aqua, aere, igne, & sic omnis dubitatio remouetur. ¶ Sed quæritur quare est, quod causa quum accipitur pro causa finali, & elemētum pro materia & forma, & principium pro causa agente & mouente, dicuntur sumi proprie: dico, quod (vt habetur ex. 2. phy.) finis est causa causarum, & causalitas finis in causata est, ideo quum causa pro causa finali supponit, proprie dicitur stare, elementum vero pro causa formali & materiali, proprie dicitur sumi, quia. 5. metha. 4. elementum est, ex quo fit aliquid in existente, ideo quum capitur pro materia & forma, proprie dicitur capi. tamen (vt dicitur ab Auer. ibi) elementum dicitur de causis intrinsecis, vt dignius de materia, & causa est, quod digniori modo dicatur de materia, quia elementum diffinitur per esse id, ex quo fit aliquid. Famosior autē ex significationibus est (vt testatur Auer. 5. metha. 29.) est quando dicitur de causa materiali. Vnde etiam materia. 2. phy. 31. isto modo describitur, videlicet, materia est id, ex quo fit aliquid in existente, quare &c. principium vero pro causa agente & mouente stat proprie, quia vt scribitur. 5. metha. 1. de ratione principij est primum esse, & quia causa efficiens in esse reali, præcedit omnem aliam causam, ideo nomen principij appropriate causæ agenti & mouenti attribuitur. Finis enim licet in intentione & quo

Principiū est vniuersalis causa

Dictum Themi.

Pulchrum quæsitum

ad cauſalitatem præcedat agentis cauſalitatem,quo ad eſſe tamen eſt oppoſito modo. Vnde Zimara in tabula cuidam dubio cir-
ca illud,quod Auer.1.phy.3.ait,ꝙ ſi nos ageremus res naturales,tunc cauſæ eſſent notiores apud nos &c. ſatisfaciens ait, effe-
ctus non eſt primus in cognitione,in ratione effectus ſecundum eſſe, ſed quo ad cauſalitatem , vnde id quod eſt finis quo ad ſuam
cauſalitatem ſecundum quam mouet agentem methaphorice,prius occurrit in cognitione,& in intentione agentis. Vnde philo-
ſophus in.1.de generatione.55.vbi ponit differentiam inter cauſam efficientem,& finalem,inquit. Eſt autem efficiens cauſa, vt
vnde principium motus,cuius autem gratia non actiuum,niſi ſecundum methaphoram. Nam ſanitas non factiuum eſt, niſi ſe-
cundum methaphoram.Id igitur quod eſt finis,vt habet rationem in intentione agentis,& ſic eſt cauſa, & mouet methaphori-
cæ in genere cauſæ finalis, non tamen pro eſſe, quod habet in anima, quia finis non mouet niſi ratione,qua habet bonitatem,ſic
enim ratione bonitatis mouet in ratione amati & deſiderati,bonitatem habet in eſſe reali,quia aurum ſi appetitur , non appeti-
Aurũ non appetitur ab auaro ꝑ eſſe cognito tur ab auaro pro eſſe cognito, quod habet in mente , ſed pro eſſe reali,quod habet in burſa,ideo Auer.dixit.12.metha.36. bal-
neum in anima mouet,vt efficiens,& balneum extra animam mouet,vt finis,non quod id,quod producitur ſecundum eſſe in ef-
fectu habeat rationem cauſæ immo vt ſic , eſt effectus agentis realiter productus ab agente.ſed quia bonitas , ſecundum quam
mouet in ratione finis,eſt ſecundum eſſe reale ,ſic finis in intentione agentis cum tali tendentia ad talem bonitatem , eſt cauſa
finalis,& methaphorice mouet agentem,& ſic habet rationem cauſę & non effectus.quę quidem dicta , ſi bene conſiderentur,
conformia ſunt ſententiæ,quam poſuit præceptor meus.Excellentiſſimus Odus de odis.Patauinus in lectura primi canonis Aui-
cen.quam fecit,dum ordinarie in Patauino ſtudio theoricam medicinæ legeret,in quęſtione illa. Nunquid ſanitas extra mentem
ſit cauſa finalis medicinæ,vbi ex malo intellectu verborum Auic.in.6.ſuæ metha.cap.vltimo.nonnulli volebant , ꝙ res in mente
artificis ſit cauſa finalis vb præfactus doctor vult,ꝙ non eſt intelligendum ex verbis Auicen.ꝙ res illa in mente artificis ſit cau-
ſa finalis,& non extra mentem(vt illi deducebant)ſed bene requiritur,vt aliqua res ſit cauſa finalis, ꝙ imaginetur. ab artifice,
& hoc vt accidentalis conditio , & neceſſaria requiritur.& hoc bene vult ibi Auicen.& ꝙ cauſa finalis per eſſentiam,& quod
primum,& per ſe intenditur ab artifice,eſt bonum,& optimum,quod eſt extra animam & hoc eſt illud,quod eſt cauſa,vt cæte-
ræ cauſæ ſint cauſæ in effectu &c. ꝙ vero cauſa finalis non habeat cauſalitatem, niſi vt eſt in anima & mente artificis , non
efficit,vt ratio formalis cauſæ finalis ſit eſſe,quod habet in anima,ſed eſt quoddam neceſſario requiſitum,& accidentale , vt cau-
ſa finalis ſit cauſa,vt aliæ cauſæ ſint cauſæ in effectu, vt durities eſt quoddam accidentale neceſſario requiſitum,vt ſerra poſſit
ſecare.Et ſicut ſpecies & imago loci, qui ſcopus eſt, in oculo recepta . ſimiliter eſt quoddam neceſſario requiſitum , vt ſagitta in
ſcopum dirigi poſſit. ❡ Et ſic patet,ꝙ ſubſtantia ſerræ eſt,quę primo & per ſe agit,non durities.Et ſicut locus eſt, in quem di-
Quid ſit primo & per ſe finalis cã riguntur ſagittæ,non imago in oculo ipſo,ita etiam res extra animam,quæ bona eſt,amabilis & deſiderabilis,eſt eſſentialiter pri
mo & per ſe finalis cauſa,non autem ipſius imago,& eſſe eius in mente.Et plura alia annotatu digna circa hanc materiam,quæ
breuitatis gratia omitto,ab ipſo ponuntur.Et ex his clare patet,quare,quum cauſa pro finali cauſa , & elementum pro materia
& forma,& principium pro agente,& mouente,ſupponunt,proprie dicuntur ſtare.Et hæc ſufficiant.

VTRVM ASTROLOGIA DE SVBSTANTIA CONSIDERET? CONCORDANTIA NONAGESIMATERTIA.

AVer.2.phy.18.ait,ꝙ Aſtrologus non conſiderat de figuris lunæ,& ſolis,ſecundum ꝙ natura illorum exigit illam figu
ram,ſed ſecundum ꝙ mens abſtrahit eas a motu,& tranſmutatione.ſ.quoniam conſiderat de figuris eorum, ſecundum
ꝙ ſunt figuræ tantum,non ſecundum ꝙ ſunt cœleſtia mobilia,& quia eſſe iſtarum rerum,eſt alio modo ab eo,quo Aſtro
logus conſiderat de eis.Conſiderat enim de eis ſecundum ꝙ ſunt abſtractæ a materijs,ſed extra animam ſunt in materijs.Ex qui-
bus patet,ꝙ de ſubſtantia non conſiderat,cum de figuris conſideret ſecundum ꝙ ſunt figuræ tantum.Et hæc videtur fuiſſe mens
Themiſtij.2.phy.18.vbi ait.Nam Aſtrologus vna cum geometra figuram cœli conſiderat,non ſubſtantiam conſiderat.Oppoſitum
huius habetur ab Ariſto.12.metha.44.vbi habetur,ꝙ nulla mathematicarum ſcientiarum de ſubſtantia ſenſibili conſiderat,præ
ter aſtrologiam.Et Auer.in Com.ait,iſta autem ars propria eſt huic intentioni,inter alias mathematicas, quia conſiderat de ſub-
ſtantijs æternis ſenſibilibus. Aliæ autem ſcientiæ mathematicæ conſiderant de accidentibus , vt ars arithmetica & geometria.
Huic dicitur,& reſpondetur per verba Auer.in fine Commenti.18.2.phy.vbi ait , ꝙ geometria eſt magis abſtracta de his rebus
quàm aſtrologia,quia geometria conſiderat de figura ſimplici : ideſt in vniuerſali ſed aſtrologia conſiderat de figura terminata:
ideſt cœli.Vnde geometria & arithmetica nihil tractant de ſubſtantia , ſed de ſolis quantitatibus & omnibus accidentibus ea-
rum,vt talia ſunt.ſed aſtrologia de figuris ſolum conſiderat,de figura quæ reperitur in cœlo,aut terra,aut mundo : & iſto mo-
do aſtrologia videtur conſiderare de ſubſtantia , non quia ſubſtantiam conſideret , ſed pro quanto ſubiectum eius non eſt ſubie-
ctum vniuerſale,ſed eſt ſubiectum determinati corporis,vt corporis cœleſtis,ſed figuram cœli,vt fluit a corpore cœleſti,demonſtra
tur a naturali.Et iſta dicta non contradicunt Ariſto.quia Ariſto.intelligit,ꝙ aſtrologia eſt de ſubſtantia pro quanto conſiderat fi-
guram determinati corporis.Et ſic ſoluitur dubium. ❡ Et quia aſtrologia eſt vna de ſcientijs quæ mediæ nuncupantur, hic quæri
Vtrũ ſciæ medie ſint magis naturales ꝙ mathematicæ. poteſt.Vtrum ſcientiæ mediæ ſint magis naturales,quam mathematicæ? Sanctus Tho.2.phy.20.Burleus , Gaetanus, tienenſis,te-
nent, ꝙ tales ſcientiæ magis ſunt naturales quam mathematicæ , & principaliter mouentur ex tex.20.2.phyſi. qui huic ſenten-
tiæ fauere videtur. Egidius vero eo loco dubius videtur de hac quæſtione,& dicit,ꝙ hoc videre alibi habebit locum. ❡ Tamen
(quicquid alij dicant) veritas eſt in oppoſitum,quia.4.metha.4.habetur,ꝙ mathemaricarum quædam ſunt puræ,quædam non
purę.Vnde colligitur ſcientias medias magis enumerandas eſſe in genere ſcientiarum mathematicarum,quam cum naturalibus,&
ratio eſt,quia.6.metaphy.2.diſtinctio in ſcientijs venatur ex varia ratione diffiniendi,quando medium formale,eſt mathematicum,
& materiale eſt naturale,medium formale eſt,quod diſtinguit.7.metha.49.Sed modus procedendi in his ſcientijs,eſt mathemati-
cus.Vnde eædem diffinitiones ſumuntur in his ſcientijs,& in geometria,vt patet,& nulla eſt differentia,niſi quia cõnotat mate-
riam ſenſibilem.Et habitus ſcientificus ſpecificatur a medio,quia autem media talium ſcientiarum ſub alternatarum mathematica

ſunt,licet materiæ ſenſibili applicata ſint:dicimus, ꝙ cum denominatio inſequatur formam,& nõ materiam, actum & non potentiam,ſicut eſt de intentione phy.2.phy.11.&.9.metha.7.propter hoc & ſi materiale in talibus naturale ſit,cum formale ſit mathematicum potius ergo mathematicæ quam naturales debent nuncupari.Et ꝙ tales ſcientiæ ſint magis mathematicæ quam naturales,habetur ex ſancto Tho. qui & ſi in 2.phy.dicat,ꝙ iſtæ ſcientiæ mediæ ſint magis naturales.Oppoſitum tamen dicit in quæſtionibus ſuper Boetio de trinitate,in illa quæſtione. Videtur ꝙ mathematica conſideratio non ſit ſine materia &c. Vbi expreſſe patet ꝙ ſe ipſum de hoc retractauit.Vbi in reſponſione ad.6.ait.Et inde eſt,ꝙ de rebus naturalibus & mathematicis ordines ſcientiarum tres inueniuntur.quædam enim ſunt puræ naturales,quæ conſiderant proprietates rerum naturalium,inquantum huiuſmodi,ſicut phyſica,& agricultura,& huiuſmodi,quædam vero ſunt puræ mathematicæ,quæ determinant de quantitatibus abſolute,vt geometria de magnitudine,ariſmetrica de numero.quædam vero ſunt mediæ,quæ principia mathematica ad res naturales applicant,vt Muſica,& Aſtrologia,quæ tamen magis ſunt affines mathematicis,quia in earum cõſideratione,id quod eſt phyſici,eſt quaſi materiale,quod autem mathematici,quaſi formale.Et poſt ſubdit,ꝙ demonſtrant ſuas concluſiones per media mathematica.Et reſpondendo ad.7.ait,dicendum,ꝙ ſcientiæ mediæ de quibus dictum eſt,cõmunicant cum naturali ſecundum id quod eſt materiale in earum conſideratione.Differunt autem ſecundum id quod in earum conſideratione eſt formale &c.hæc ille. Ad illud autem quod dicunt,ꝙ textus Ariſto.videtur expreſſe ipſis fauere,reſpondetur,& dico,ꝙ ille textus non fauet ipſis (vt ipſi credunt) quia textus græcus dicit,quæ ſunt magis naturales ex mathematicis,& textus non intelligitur illo modo(vt dicunt) ſed vt exponit Auer.qui vult,ꝙ Ariſto.non vult comparare ſcientias iſtas medias ad mathematicas puras,& dicere,ꝙ ſint magis naturales(vt ipſi credunt)ſed Ariſto.vult,ꝙ ſcientiarum mathematicarum ſcientiæ mediæ ſint magis naturales,quam ſcientiæ puræ mathematicæ ſint naturales,& dicit textus,ꝙ purus mathematicus phyſicam lineam contemplatur,quia eadem realiter eſt linea naturalis & mathematica,diſtincta ratione tantum.perſpectiua mathematicam lineam contemplatur,non inquantum mathematica,ſed inquantum phyſica.dicit Auer.ꝙ non conſiderat ſub ratione phyſica,ſed mathematica:& perſpectiuus mathematicam lineam contemplatur,inquantum phyſica.i.quia ſua conſideratio de linea eſt magis phyſica,quam conſideratio geometriæ de linea.Et iſta eſt intentio Auer.iſta etiam expoſitio videtur,ꝙ ſit de mente Themiſtij,& aliorum illuſtrium doctorum,mentem Ariſto.penetrantium.Qui etiam ſenſus tactus fuit ab Egidio. ¶ Eſt etiam animaduertendum,ꝙ de mathematicis ſcientijs ſolet cõmuniter dici,& inuenitur etiam apud Ariſto.& Auer.ꝙ in eis non eſt bonum,neq; finis,quod tamen eſt ſano modo intelligendum, cum & ipſe de numero bonorum ſint primo de anima,primo ſunt enim & ipſe de numero ſcientiarum ſpeculatiuarum ſecundum Ariſto.6.meth.1.2.Sed pro tanto hoc dicitur,quia(vt habetur.2.phy.18.)cum lineæ & magnitudines naturales & mathematicæ ſunt eædem,tamen forma magnitudinis non habet rationem boni,niſi vt eſt terminus & finis generationis naturalis,aut terminus ſenſibilis corporis,non autem abſolute,inquantum magnitudo eſt abſtrahens a tali motu,& ſenſibili etiam ſicut eſt,dum eſt in ſola imaginatione,ſic enim propoſitiones geometriæ ſunt imaginationis fundamenta.3.phy.60.& iſto modo intelligitur,ꝙ in mathematicis non eſt ratio boni neq; finis.in reſpectu quo a naturali conſiderantur,vt ſunt in imaginatione huiuſmodi,& eſſe tale ſt eſſe in anima,& eſſe in anima eſt eſſe diminutum.6.metha.vlt.& non intelligitur in ſcientijs mathematicis non eſſe bonum. Eſſet enim expreſſe contra ſententiam Ariſto.cum ſint de numero ſcientiarum ſpeculatiuarum,& ſic ſunt de numero bonorum. & in eis eſt ordo,& ex earum cognitione intellectus perficitur;& non ſolum exercetur,vt voluerunt Platonici,vt dixit Ammonius ſuper Porphyrio. ¶ Nota etiam,ꝙ Auer.3.metha.3.dicit,ꝙ poteſt contingere,vt ſit in mobilibus bonum.ſed non per ſe,ſed per accidens.quod ideo dicit pro quanto ſunt eadem ſubiecto cum rebus mobilibus,inquibus per ſe eſt ratio finis,qui attingitur per motum,quia ibidem Auer.ait,ꝙ mathematica licet ſint in re mota,tamen non mouentur niſi per accidens,& ſic etiam per accidens ſunt finis motus,& ſic bonum in eis inuenitur per accidens illo modo.Sed non propter hoc tollitur,quia contemplatio entium mathematicorum,quorum finis eſt veritas,non ſit de genere bonorum.Et quia etiam illarum ſcientiarum cognitio multis artibus,& mecanicis,& ſpeculatiuis poſſit eſſe proficua & vtilis. ¶ Etiam aduertas,ꝙ (vt bene notat Zimara theo.43.) ꝙ mathematicæ ſcientiæ non ſemper vtuntur demonſtrationibus ſimpliciter,abſolute loquendo,quia ſcientia vno modo poteſt conſiderari in ſua puritate,ſecundum propriam ſui naturam,non reſpiciendo aliquo pacto ad aliquod extrinſecum.Alio modo poteſt conſiderari,vt occurrit adiſcenda a nobis.Et primo quidem modo ſcientiæ mathematicæ procedunt per demonſtrationes ſimpliciter,quæ procedunt ex notioribus naturæ,& nobis.ſed ſecundo modo conſideratæ,deſcendunt quandoq; ad aliquas exemplares manuductiones & aliquas probationes,quæ non ſunt ſimpliciter demonſtrationes,immo aliquæ vt ſic,fundantur ſuper locis extrinſecis.Et hoc notatur contra Iacobũ forliuienſem in primo artis medicinalis in.q.prima in ſolu.2.argumẽti principalis,qui coactus fuit aliquam ponere demonſtrationem,quæ non eſt quia,neq; propter quid,nec ſimpliciter,patet etiam,quæ ſit cauſa,ꝙ ibi multæ ſint demonſtrationes, ducentes ad impoſſibile,cum tales demonſtrationes ſint de numero ſignorum,vt ait Auer.1.cœli.95.Et hæc ſufficiant.

Sãctus thomas ſe ipſum retractauit.

Dictum de ſciẽtiis mathematicis quõ intelligendum.

Sciẽtia dupliciter poteſt cõſiderari.

Contra Iacobum forliuienſem.

VTRVM MATERIA PRIMA COGNOSCATVR PER ANALOGIAM, AN PRIVATIVE?

CONCORDANTIA. XCIIII.

ARiſto.1.phy.69.ait,ſubiecta autem natura ſcibilis eſt ſecundum analogiam,ſicut enim ad ſtatuam æs,aut ad lectulum lignum &c.Ex quibus habetur,ꝙ philoſophus oſtendens modum,ſecundum quem materia cognoſcatur a nobis,dicit,ꝙ cognoſcitur per analogiam.Oppoſitum huius dixit.10.metha.24.vbi ait,nam materia negatione oſtenditur. ¶ Ad hoc reſpondetur,& licet de hac re multa adduci poſſent,quæ a Themiſtio habentur in digreſſione,quam facit de prima materia in primo phy.tamen breuitatis gratia omitto,Solum conſequentiam,quam Auer.circa hoc propoſitum facit,declarare intendo,antequam

ad contradictionem respondeatur. Vnde quia aliquis diceret, cur materia a nobis cognoscatur per similitudinem ad res artificiales, & maxime, quia solet dici, ꝙ intelligibilitas est passio entis, materia est ens, ergo est de se intelligibilis. Auer. reddit causam huius dicti, & dicit, ꝙ ista natura, quæ est subiecta substantiæ, i. formæ, non potest intelligi per se ab intellectu, quia non habet quiditatem. Dubitatio est, quare hoc sit. ꝙ materia non sit intelligibilis de se, quia non habet quiditatem. vide. 9. metha. 20. vbi inquit intelliguntur autem diagramata actu, ita ꝙ nihil intelligitur, nisi sit actu ens. Vnde intelligibilitas nõ est passio prima in eo ꝙ ens, licet nonnulli oppositum teneant. quia primo poste. illa est passio propria subiecti, qua posita, ponitur, & remota, remouetur. Ens inquantum ens non est tale, vt posita ratione entis, ponatur ratio intelligibilitatis, quia materia est ens, vt ex his quæ philosophus ait primo physicæ auscultationis. 79. haberi potest, vbi inter materiæ essentiam secundum se, & priuationem differentiam ostendit, quæ a Platone fuit ignorata, & ex hoc inter materiam & priuationem minime distinxit. Nam materia est ens, & proprie substantia aliqualiter, sed priuatio est non ens per se. Vnde Auer. ibi in co. ait, ꝙ priuatio non est accidens, ne dum vt sit substantia. Patet autem, ꝙ de nuda materiæ essentia ad priuationẽ ipsam comparatio ibi fit. Et confirmatur. quia Auer. in primo capite de substantia orbis ponit differentiam inter materiam, & materiæ potentiam, penes hoc, ꝙ materia est de numero entium per se. sed potentia est de numero entium ad alterum. Vbi ad ipsam potentiam nuda materiæ essentia comparatur. Nec valet, si dicatur, ꝙ materia non est ens per se, sed per firmam, quia licet materia non sit, nec esse possit naturaliter in effectu seu in actu sine forma, quia (vt ait Auer. 2. phy. 12.) sequeretur, ꝙ illud quod non est in actu, esset in actu, tamen entitas formæ non est causa entitatis materiæ, sed est diuersa ab illa, materia igitur per propriam rationem includit rationem entis. & tamen materia non est per se intelligibilis (vt dicit Auer.) confirmatur, quia. 7. metha. 35. materia secundum se est ignota, sed materia secundum se est ens, ergo &c. & ideo subiectum primum intelligibilitatis est ens in actu, & ens est intelligibile ratione actus. Vnde actus est ratio intelligendi,

Declaratio consequentiæ Auer.

Non quilibet actus ē ratio intelligendi.

& cognoscendi. Est tamen bene aduertendum, ꝙ non quilibet actus est ratio intelligendi, nam secundum ponentes actum entitatiuum, non est prima ratio intelligendi. si dabilis est talis actus, nam materia secundum ipsos, per se est in actu entitatiuo, & tamen non est secundum se intelligibilis. Etiam intelligibilitas non sequitur actum, medium inter puram potentiam & actum purum. Et dicitur materia in actu & subiectum. Et tamen non est per se intelligibilis, nec habet de se rationem intellectam in actu, (vt dicit Auer. primo cœli. 95.) orbis enim seclusa intelligentia non est natura composita ex materia & forma, nec de se est principium alicuius operationis, qua mediante cognosci possit. nec etiam actus subsistentiæ, siue hippostaticus, quia est ipsius singularis, est prima ratio intelligibilitatis (sicut nõ nulli opinati sunt) ponentes singulare esse primo cognitum ab intellectu. Relinquitur ergo, ꝙ actus qui est forma, & quiditas, & est per se principium, est ratio per se prima intelligibilitatis. forma enim (ait Auer. primo cœli.) est subiectum vniuersalitatis, & vniuersale secundum Aristo. 2. de anima. 60. est obiectum intellectus, & singulare ipsius sensus. hoc etiam dicit Auer. in disputa. 6. in solut. 6. dubij. & ita consequentia Auer. habet robur, ꝙ materia non est intelligibilis per se. quia non habet quiditatem actu. ❡ Ad contradictionem autem redeundo, dico, ꝙ (vt ex Auer. habetur. 12. metha. 14. & ex Themistio.) duo artifices de materia prima considerant. s. naturalis, & methaphisicus. Cognitio de materia est vltima quo ad nos, quia methaphisica est vltima ratione nostri. 2. metha. 3. & 7. metha. 39. & ideo cognitio naturalis de materia est prior quo ad nos, & posterior quo ad naturam. Hoc posito, respondetur. ꝙ naturam materiæ cognouit naturalis per transmutationem, vt habetur in. 63. primi phy. & naturalis habet istam cognitionem de materia per proportionem ad formam. hac cognitione habita ascendimus ad methaphysicum, qui accipit primam materiam esse a naturali (vt declaratur in fine primi phy.) tunc inuenit, ꝙ materia quia est pars substantiæ, concludit, ꝙ sit substantia. quia. 2. phy. 4. substantia & accidens sunt differentiæ entis, & ideo ista consideratio est de scientia diuina (vt habetur. 12. methaphisice. 14.) & ideo methaphysicus cognoscit materiam negatione. i. cognoscendo, ꝙ est substantia non habens formam, & ens in potentia. 7. metha. 9. & ideo istæ duæ scientiæ complete cognoscunt materiam, neq; naturalis cognoscit materiam absolute, quia. 2. phy. 26. naturalis cognoscit materiam in relatione. Et sic omnis contradictio tollitur. ❡ Sed cadit dubitatio. Nunquid scientia de prima materia sit difficilior scientia de intellectu. Ioannes andegauensis in. q. 6. primi de anima huic dubio respondet, & dicit, ꝙ scientia de intellectu est difficilior scientia de materia prima. quia anima intellectiua possibilis est in pura potentia in genere intelligibilium, sicut materia prima in genere sensibilium, vnde (sicut dicit Commentator. 3. de anima. 5.) opinandum est, ꝙ istud est quartum genus esse, quemadmodum enim esse sensibile diuiditur in formam, & in materiam, sic intelligibilr esse, oportet diuidi in consimilia, his duobus. s. in aliquod esse simile formæ, & in aliquod esse simile materiæ &c. ideo ista scientia est ita difficilis ex parte rei cognitæ, sicut illa. Sed ex parte nostri modi cognoscendi scientia de intellectu est difficilior illa: quia nec anima intellectiua, nec suæ operationes cadunt sub sensu. Materia autem prima licet secundum se non cadat sub sensu, sua tamen operatio cadit: sua enim propria operatio est transmutatio secundum substantiam, (vt dicit Auer. 1. cœli.) & ideo ipsa arguit materiam, sicut operatio formam, vt ipse dicit. 9. metha. & 1. phy. transmutatio autem est sensibilis, quare &c. Ex quibus patet, ꝙ Ioannes tenet, ꝙ ex parte obiecti est æqualis difficultas, sed ratione nostri modi cognoscendi, facilius cognoscitur prima materia, quia. 1. cœli. 20. transmutatio est operatio materiæ, & ista operatio est magis sensibilis, quam operatio intellectus possibilis quæ est intellectio. In hac solutione aliquid veri est, & aliquid falsi. quod dicit, ꝙ ex parte modi cognoscendi facilius cognoscitur prima materia, bene dicit, primo phy. 48. Alteratio contrariorum coegit omnes dicere corpora ista esse composita. & primo phy. vltimo, nullum est medium cognoscendi ista transmutabilia nisi transmutatio. intellectus autem possibilis non cadit sub sensu: quantum vero, ꝙ dicat æqualem esse difficultatem respectu rei intellectæ, videtur, ꝙ non bene dicat, quia. 3. de anima. 18. intellectus est infima intelligentiarũ. sed intellectus est maioris entitatis, quam materia, vt dicit. D. Augustinus in. 12. confessionum, materia est prope nihil. Vnde (vt habetur in fine de substantia orbis) materia habet gradus, & perfectior modus materiæ est orbis cœlestis, vt habetur in. 2. cap. de substantia orbis: ideo intellectus possibilis plus entitatis habet, quam prima materia. Immo orbis cœli habet maiorem entitatem, quam prima materia, quia est in potentia ad motum solum. Prima autem materia est in potentia ad alia. quam ad motum. Et ideo non est tanta difficultas ex parte rei cognoscibilis, vt æquali sit respectu primæ materiæ, & intellectus possibilis. Et hæc sufficiant.

Ratio intelligibilitatis.

Questio de scientia primæ materiæ intellectus.

Dictũ Augustini.

Cagni Theoremmata

AVer. 1. physi. 63. ait, materiam primam esse vnam numero. Oppositum huius videtur innuere. 12. diuinę philosophiæ. 14. dum ait, ista aūt cōmunitas, quæ intelligitur in materia, est pura priuatio, cū nō intelligatur nisi secūdū ablationē formaꝝ indiuidualiū ab ea. Et postea subdit, ꝙ pluribus materia cōis est. Ex qbus apparet, ꝙ sibiipsi cōtradicit, nā si cōis, vnitatē numeralē nō hēt. ¶ Ad hoc rn̄detur, & dico, ꝙ (vt ex ipso Auer. 12. metha. Cō. allegato hētur) vnū numero bifariā sumitur, positiue, & priuatiue, vnum numero positiue, est illud, qđ hēt vnā formā substātialē, dātē sibi talē vnitatē forma. n. est suƀa, per quā est hoc aliqd 2. de anima. 2. & primo de aīa Auer. 50. Oē qđ est vnum numero & continuum, est per suā formā, & nō per suā materiā. Priuatiue aūt dicitur aliquod vnum numero, quia formā aliquā sibi dantē vnitatē numeralē nō hēt: sicut hic hō est vnus numero ꝑ suā formā. Hoc stāte, dico, ꝙ qn̄ Auer. dicit, ꝙ materia est vna numero, intelligitur priuatiue, & nō positiue, pro quāto materia in se cōsiderata nō est forma, neqꝫ formatū, & sic dicitur vna numero, quia nō hēt formā sibi dātē vnitatē numeralē. Nā si positiuæ esset vna numero, tunc esset aliquod indiuiduum demōstratū in actu, cōpositum ex materia & forma, & nō esset suƀa simplex, qđ absurdum esset dicere. Sic ēt dicitur cōis pluribus, quia nō hēt differētias formaꝝ indiuidualium, ex quibus est multitudo, & sic ista cōitas est priuatiua, & sic intellexit Auer. & ista (si recte considerentur inter se) repugnātiā non habēt. Sed est ardua difficultas adhuc, quā mouit Præceptor meus excellēs Hieronymus Stephanellus Patauinus philosophiā publice in patauino gymnasio profitens, dum argumētaretur in solēni disputatione, quę difficultas talis est. Accipio materiā in prima sui notione (vt ait Themi. in. 1. phy. in digressione de materia) tūc quæro, Vtrū materia illa prima notione sui, qua a diuino cōsideratur, sit vna numero, vel non? nō pōt dicere, ꝙ nō sit vna numero, quia claꝝ est, ꝙ nō est vna genere, vel spē. quia hoc si esset, forma esset, & nō materia. si dicis, ꝙ est vna numero, hoc erit, vel positiue vel priuatiue, vt patet per diuisionē Auer. si dicis, ꝙ positiue, tunc sequitur, ꝙ materia in illa. 1. notione hēt formā dātē sibi vnitatē numeralē, vt patet per Auer. quod impossibile est. Si dicas, ꝙ in prima notione sui est vna numero priuatiue, & illa vnitas est priuatiua, & nō positiua. Cōtra. cū priuatio sit potētię annexa, nā (vt dicit Themi. 1. phy. sup tex. 78.) priuatio efficit, vt materia sit in potētia. & 5. phy. sup. 22. priuatio ad eas res ꝑtinet, quæ paratā hn̄t naturā, vt possint id capere, quod nondum ceperunt. Et ex Aristo. habetur, vbi de priuatione loquitur, sequitur, ꝙ materia in prima sui notione includat potentiam, quod est contra Themistium & peripatheticos, in digressione prædicta. Huic dubitationi respondetur (non cudacię sed exercitij gratia) & inuenio duplicem modum respondendi. primus talis est, & est ex mente Alexandri & Themistij, vt refert Zimara in sua tabula, ꝙ quando dicitur, ꝙ materia secundum se est inaffecta, & in formis, ꝙ illa vera priuatio non est, sed est negatio pura, dicit enim negationem formæ & formati, quia de se neque forma est, neqꝫ formatum materia prima. Differentia enim magna est inter negationem puram, & ipsam priuationem, quia (vt habetur in. 2. libro de interpretatione) negationem puram affirmatio priuatoria non sequitur, quia non si aliquid non videt, cæcum propterea esse affirmabitur, de lapide enim veꝝ est dicere, ꝙ non videt, tamen lapis cæcus non est. neqꝫ si aliquid capillitium non habuerit, caluum propterea esse affirmabitur. Priuatio enim quodammodo est qualitas quædam, & ideo talis informitas in prima materia vel inaffectio non est vera priuatio, sed negatio sola, alioquin sequeretur, materiam in sui substantia habere aliquam qualitatem, vnde Aristo. 10. primæ philosophiæ. 24. materia negatione ostenditur. Vnde ad dubitationem dicitur, ꝙ materia in sui prima notione est vna numero priuatiue, & priuatio sumitur largo vocabulo pro negatione, & tunc non sequitur, ergo includit potentiam, nam verum esset, si priuatio sumeretur proprie. Alius modus rn̄dēdi habetur ex doctrina magni Alberti in scientia diuina in tractatu. 2. cap. 4. qui modus talis est. ꝙ qn̄ quæritur, An materia in prima sui notione sit vna numero positiue, vel priuatiue? Respondetur, ꝙ est vna numero positiue, tamen nō a forma dante vnitatem numeralem (vt dicebat Auer.) sed quod tribuit sibi talem vnitatem numeralem, nihil aliud est, nisi indiuisio sui esse, secundum ꝙ sic vel sic consideretur, quemadmodum de Deo si diceretur, nunquid Deus sit vnus numero? certū est, ꝙ sic, non priuatiue. Nam in Deo priuatio non est, sed positiue, & hoc non erit a forma, modo ab Auer. dicto. Nam in Deo compositio non est, ergo ibi est vnitas numeralis positiua alio modo, ab illo ab Auer. posito. Et si dicitur, ergo Auer. diminutus, & insufficienter loquutus fuit in illo loco, negatur consequentia, quia Auer. ibi loquutus fuit de vnitate numerali positiua modo congruo suo proposito ibi, & non de vnitate numerali positiua, quę in istis entibus simplicibus inuenitur, nec Auer. hoc negaret. Ne tamen credas istas duas responsiones, quia vna positiue, & altera priuatiue, respondet quæsito, sibiinuicem repugnare, quia modus priuatiuus primæ responsionis, & modus positiuus secundæ responsionis stant bene simul, si bene considerentur, quia alio modo respicit vnitatem numeralem positiuam prima responsio, & alio modo secunda. Sed facit magnam difficultatem dictum Auer. 2. cap. de substantia orbis. circa materiā cœli, quæ orbis est. vbi ait, ꝙ si intellectus poneret illam sine intelligētia, esset sicut de motu. Vnde sicut motus nō remanet, sic nec orbis. ergo orbis nō pōt abstrahi a sua forma, ergo materia cœli, quę est orbis, nō pōt intelligi sine forma. Si ergo materia cœli nō pōt intelligi sine forma, nō videtur ꝙ materia prima possit intelligi per priuationē omniū formaꝝ, si materia cœli, quæ ē magis actualis, q̄ materia prima, nō pōt abstrahi a sua forma, multo minus igitur materia prima, quæ est in fine & vltimo gradu potētialitatis & imperfectionis, poterit abstrahi a sua forma. Huic dubio satisfecit doctissimus Zimara (q̄q̄ dicant alij & præcipue Alexander achillinus in libro de elementis. Sua. n. intentio in hoc menti Auer. cōformis nō est) vt patet illā consideranti) quæ breuitatis gratia non adducitur.) Et respōsio talis est, ꝙ intellectus potest separare quæcunqꝫ sunt realiter distincta, licet in re non separentur (vt ait Auer. 12. diuinæ philosophiæ) materiam enim a forma diuidit, licet natura non diuidat. & hoc tam in corruptibilibus q̄ in rebus æternis, maior enim longe diuersitas est inter intelligentiam & orbem, q̄ sit inter materiam istorum & formas corporales, & maior est diuersitas cœli ab intelligentia, q̄ sit distantia & diuersitas corporum cœlestium a corporibus quæ sunt hic, quia corpora omnia in eodem ordine sunt, licet prioritas & posterioritas ibi sit, & natura corporis & natura intellectus sunt in diuersis ordinibus. Et ideo sic intellectus abstrahere potest a substātia spirituali corpus æternum, sicut abstrahere potest corpus corruptibile a corpore æterno. Vnde Auer. dixit. 2. cœli. 3. ꝙ licet ex intelligentia, & orbe, fiat vnum numero, tamen est secundum dispositionem magis diminutam, q̄ sit dispositio recipientis & recepti, in forma abstracta, propter causam prædictam. Non dicit igitur Auer. in. 2. cap. de sub. orbis, ꝙ intellectus non potest intelligere cœlum, inelligentia non intellecta, q̄a nō ignorabat Auer. hoc falsum esse. Sed vult Auer. ꝙ cœlū non potest remanere in existētia, si causa eius nō existeret.

Vnum numero bifariam sumitur,

Difficultas

Dupiex respondendi modus

Rn̄sio ex Alber.

Dubitatio circa materiā cœli.

Respōsio Zimaræ

Quesitum Auer.

Vnde Auer. ibi ponit casum possibilem secundum imaginationem, & quærit, posito ꝙ intelligentia non esset, quid esset de orbe? & ipse respondet, ꝙ esset, sicut est de motu: vt ostendat ꝙ tam. & si cœlum nō habeat cōpositionem, neꝙ principium intrinsecum, per quod possit corrumpi. Si enim ex se formaliter loquendo est necesse esse, est tamē causatū ab intelligētia in ratione causæ efficientis & finalis ab æterno (licet plurimi exclament contra hoc, de quibus curandum nō est) & ita sicut motus cœli nō esset, si intelligentia motū efficiens nō esset, Sic cœlum nō esset, si intelligentia quæ dat sibi permanentiam æternā, nō esset: Et de hoc difuse (si Deo placuerit) agetur, pro nunc hæc dicta sufficiant. Et hæc responsio Zimaræ mihi apparet, ꝙ multum ad Auer. mentem attingat.

VTRVM PRIVATIO SIT PRINCIPIVM GENERATIONIS PER SE. VEL PER ACCIDENS? CONCORDANTIA. XCVI.

AVer. 1. phy. 43. videtur pluribus innuere, ꝙ priuatio sit principium generationis per se, & ꝙ musicū per se, fiat ex nō musico. Et apertius videtur hoc innuere in. 44. vbi ait, & dicit vniuersaliter, ꝙ corruptio, etiam principaliter & ꝑ se est aut de contrario in contrarium, aut de habitu in priuationem, aut ad medium, sicut est dispositio in generatione, & hoc manifestum est per inductionem. Ex quibus apparet, ꝙ velit priuationem esse principium generationis per se. Oppositū huius habetur ab ipso Auer. in. 74. primi phy. in fine, vbi ait. & declaratū est, ꝙ priuatio est principiū generationis ꝑ accidens, & ꝙ est necessarium in generatione. s. secūdū ꝙ accidit subiecto, ex quo est generatio ergo necesse est, vt generatio sit ex nō ente ꝑ accidens. Ex quibus clare habetur, priuationē esse principiū generationis ꝑ accidens. Ad hoc respōdeo, & dico, ꝙ ista quæstio. s. Vtrū priuatio sit principiū generationis ꝑ se vel ꝑ accidens, est nimis dubia. Nā expositores Aristo. inter se discōueniunt. Simplicius autē in expositione. 65. 1. phy. determinādo istā ambiguitatē, dicit, ꝙ priuatio potest cōparari ad duo. s. ad generationē, & ad rē generatā. Si cōparetur priuatio ad generationē, dicit, ꝙ est principium ipsius ꝑ se. si vero comparetur ad rē generatā, quia nō remanet, est principium per accidens. Hæc est solutio Simplicij, quam multi doctores sequuntur, tamen (quicquid sit de ista quæstione in se) nō intendo pro nunc tractare. Intentio autē mea est, sententiam Auer. in hoc narrare, & soluere contradictionē in suis dictis apparentem. Vnū scio, ꝙ solutio Simplicij est nimis dubia, & multas instantias cōtra se habet, vt alias (si altissimo placuerit) declarabo: quia nō apparet, quo pacto illud principiū ꝑ se possit esse alicuius. quod cū illud incipit esse, illud incipit nō esse. & quam diu aliquid fit, vel est illud, tam diu corrūpitur: sicut in priuatione apparet respectu fieri, quia quū motus, & fieri incipiunt esse, priuatio incipit non esse, & quam diu est fieri. & motus, tam diu priuatio corrumpitur, vt satis patet. Et maxime contra se solutio Simplicij habet, ꝙ Aristo. quando de principijs loquitur, & dicit, ꝙ vnum est principium per accidens, videtur, ꝙ dicat, ꝙ priuatio sit principium per accidens ipsius generationis, & non rei generatæ. Tamen de hoc alias. Sententia vero Auer. sine dubio in hoc est, vt patet bene doctrinā suam intelligenti (quicquid aliqui dicant) est, ꝙ priuatio sit principium generationis ꝑ accidens necessarium. Nam (vt dicit ipse Auer. 66. 1. phy.) per accidens est duplex, aliud enim est necessarium. aliud vero rarissimum, priuatio autem est principium generationis per accidens, necessarium tamen & absꝙ hæsitatione hæc est mens eius, licet in illo. 66. non nulli ad pauca respicientes facile enuntiauerunt, & in suis expositionibus isti sic vtuntur, ꝙ quādo ipsi tenent aliquā opinionem erroneam, & Auer. in aliquo loco obscure loquitur de illa re, licet Auer. teneat oppositum illius, quod ipsi tenent: tamen exponendo illum, trahunt ad suam opinionem modo quo possunt. Vbi vero Auer. clare loquitur & apperte, absꝙ expositione sententiam suam ponit quæ opposita illis est. ipsi exponendo illud cōmentum dicunt, quum veniunt ad illum locum, cōmentum patet: non oportet insistere, & de sua opinione erronea nihil dicunt. De his tamen curandum nimis non est. ¶ Ad propositum redeundo, dico, ꝙ nescio, quam causam habent in hoc dubitandi in via Auer. Nam Auer. in. 66. non sic obscure loquitur (vt ipsi credunt ꝙ loquutus fuit) in. 74. primi phy. in fine, ad literam posuit hanc sententiam, & in pluribus locis, in. 1. phy. hoc etiam habetur ex. 5. phy. 55. nec obstant illæ duæ auctoritates in principio adductæ: nam ex illis auctoritatibus (si bene ponderentur) non habetur, ꝙ priuacio sit principium per se ipsius generationis, sed habetur, ꝙ priuatio sit per se. i. necessarium principium generationis, & ꝙ nō quodlibet per se potest fieri ex quolibet sed necesse est, ꝙ illud quod fit, fiat ex determinato, modo quo ibi Auer. dicit. per accidens tamen quodlibet fieri potest a quolibet: nam ibi Auer. capit per se, vt dicit aliquid necessarium: quia vt sic, opponitur ad accidentia contingentia aliter se habere, & vt sic, planum est, ꝙ priuatio sit principium per se ipsius fieri, cum sit necessaria in generatione. sed non dicit Auer, ꝙ sit principim per se, loquendo proprie de per se, pro vt per se opponitur ad omne per accidens, siue necessarium, siue contingens aliter se habere, Et sic remouetur contradictio, quæ videbatur in Auer. huius etiam opinionis est Zimara in expositione. 74. primi phy. in lectura, quam fecit in Gymnasio Patauino vbi dicit, ꝙ ipse alias dum legeret extra ordinariam philosophiam, tenuit opinionem Simplicij, tamen magister suus redarguit eum in circulis vnde ibi impugnet ipsam.

Determinatio Simplicii.

ꝑ accidens duplex.

Opinio Zimaræ.

VTRVM PRIVATIO SIT ACCIDENS? CONCORDANTIA. XCVII.

AVer. 1. phy. 79. ait, priuatio autem non est neꝙ propinque neꝙ remote neꝙ est accidens, ne dum vt sit substantia: & hoc dicit, dum verba tex. exponit. Vnde secundum ꝙ ipse exponit, ex verbis Aristo. habetur, ex quibus patet, priuationem nec substantiam nec accidens esse. Oppositum huius habetur ab ipso Auer. 1. phy. 67. dum ait, de principijs loquendo sunt duo per se, & non duo, quum accipientur secundum ꝙ sunt principia simpliciter, non distinguendo illa quæ sunt per se ab illis, quæ sunt per accidens. accidit enim principijs, quæ sunt per se, aliud, & est priuatio, & sic erunt tria. quod ipse Auer ex Aristo. accipit, dum dicit in tex. propter id quod alterum est esse ipsis. Ex quibus clare habetur, ꝙ priuatio accidens est. non enim accideret si accidens non esset. ¶ Ad hoc respondeo (vt habetur ex Simplicio) ꝙ accidens (vt ad propositum spectat) est duplex, quoddam est accidens reale & quoddam est accidens per intellectum. Hac posita distinctione, dicit Simplicius, ꝙ priuatio est accidens materię, sicut dicitur accidere mihi non esse in foro, me non esse in foro, est negatio, quia non est ens reale, 4. metha. 2. 7. metha. 15. negatio est

Responsio ex Simplicio.

Accidens duplex.

ens rationis:sens reale nō dependet ab intellectu:quia.5.metha.14.& in fine 6.diuidit ens extra animam in decem prædicamenta,ideo Auer.dicit in.79.1.phy.priuationem non esse accidens.s.reale:sed bene tenet,ꝙ sit accidens per intellectū, vt est rei veritas:& est ens rationis,&t sic cessat dubium.

VTRVM MATERIA PRIMA HABEAT INTENTIONEM ALICVIVS VNIVERSALIS: CONCORDANTIA. XCVIII.

AVer.1.phy.63.& alibi ait,materiam esse vnam numero.Si ergo vnitatem numeralem habet,certum est,ꝙ cōmunis neqꝫ de pluribus predicabilis esse potest.Oppositum huius videtur dicere Aristo.12.diuinæ philosophiæ.27.vbi ait,singularium aliud,tua materia & species,& mouens & mea &c.Ex quibus apparet,ꝙ materia prima extra animam est multiplicata in diuersas partes,quæ stant sub diuersis formis,& certum est,ꝙ illa portio materiæ,quæ est sub hac forma,est materia,& similiter quælibet alia portio,& ita cum istæ partes sint numero differentes,sequitur,ꝙ ipsa materia dicta de illis,habeat vnitatem vniuersalis:& non numeralem.¶ Ad hanc contradictionem suppositis illis quæ circa hoc in alia concordantia scripsi,quæ breuitatis gratia non adduco.Dico,ꝙ(vt recitat Zimara in tabula)sunt varij modi respondendi quorum vt ego opinor modus positus ab ipso Zimara est alijs præstantior,quia mihi videtur,ꝙ sit modus sumptus ex doctrina Auer.12.meth.14.ideo illum fideliter adducam: quia doctrina est ipsius Auer.nec verum est absolute,ꝙ est sermo non intellectus a modernis,quia apud aliquos modernos ego vidi eundem respondendi modum.(licet non sub eisdem verbis)responsio talis est.ꝙ materia prima (vt dicit ipse Auer.) habet duplex esse,vnum est esse,quo intelligitur,aliud est esse secundum quod sentitur.in primo esse consideratur in se:& dicitur esse vna numero priuatiue modo dicto in alia concordantia:& illo modo non predicatur,nec de se ipsa,nec de alijs:non de se ipsa,quia talis predicatio innaturalis est,& in fine abhominationis,(vt vult Auer.in.1.priorum in digressione de quarta figura)& nugatoria est.Et(vt ait Themistius.1.poste.38,)non meretur dici prædicatio,nec de alijs predicatur:quia illo modo non habet formam intellectam ab ea:& ideo non habet rationem alicuius formæ cōmunis,neqꝫ generalis neqꝫ specifice,quia forma est subiectum vniuersalitatis(vt ait Auer.1.cœli.92.)& de materia isto modo accepta,nulla trahitur predicatio,neqꝫ essentialis,neqꝫ denominatiua,quia pressissime consideratur:& habet esse vt sic in anima tantum.Habet & aliud esse,secundum quod sentitur,& hoc habet extra animam in composito sensibili,cuius est pars,& in tali esse materia considerata,licet sit vna secundum subiectum est tamen plures secundum potentiam & habilitates.& in primo quidem esse pertinet ad diuinum.& in secundo quidem esse pertinet ad naturalem.Vnde philosophus primo de generatione.22.dicit,ꝙ materia est qualiter eadem,est autem qualiter altera,vbi Cōmentator dicit,ꝙ materia est vna secundum subiectum,& multæ secundum potentias,& habilitates ad recipiendum formas contrarias:& sic recipit diuersitatem,& secundum speciem,& secundum numerum,secundum diuersitatem formarum.quibus afficitur,& accipit rationem predicabilis de pluribus:quia tunc consideratur,vt est formata.sic enim rerum specie differentium materiæ sunt specie differentes(vt ait Auer.8.phy.46.&.1.de anima.53.)& materiæ rerum numero differentium,sunt numero differentes(vt dicit Aristo.12.metha.27.&.7.metha.28.)& de materia taliter considerata,verificatur dictum philosophi in.7.&.8 metha.6.vbi Cōmentator ponit documentum dicens,& non debes dubitare in hoc,quod fuit dictum in.7.s.ꝙ materia non predicatur de aliquo secundum nomen,& secundum diffinitionem:& est dictum hic,ꝙ diffinitiones naturales constituuntur ex formis & materijs.Vbi patet consideranti,ꝙ loquitur de materia,vt est sub forma,& in secunda sui notione,& vt comparatur ad materiatum tunc enim prædicatur,vt denominatiuum predicatum.Dicimus enim idolum est ligneum,aut æreum:sed non æs: aut lignum,& de tali materia formata etiam verificatur,ꝙ in diffinitione accidentium cadit,vt differentia,presertim quando in abstracto diffiniuntur,sicut nasus,in diffinitione simitatis.Sed patet,ꝙ non est consideratio ista de illa materia,de qua Auer.loquebatur,nec secundum considerationem secundum quam dicitur habere esse in anima tantum.Nunquam igitur materia habet rationem predicabilis,nisi ratione formæ,sed non ratione sui in se precisse conceptæ.Hæc Zimara,ad contradictionem si alias responsiones vis videre,illum videas,qui nonnullas adducit,& reprobat.

Modus rñdēdi pstantior.

Materia ē vna fm subiectum.

VTRVM FORMA MOVEAT: CONCORDANTIA. XCIX.

AVer.5.phy.3.in fine ait,formæ enim non mouent,neqꝫ mouentur.i.quoniam motor & motum est compositum ex materia & forma,& hoc ex Aristo.intex.Oppositum huius habetur ab Aristo.3.phy.17.vbi ait,species enim semper existimabitur aliqua mouens.¶ Ad hoc dicitur,&(vt ait Auer.1.phy.vlt.)formæ sunt in duplici differentia;quædam sunt abstractæ a materia:& quædam sunt eductæ de potentia materiæ,& in isto formarum duplici genere est differentia.quia in abstractis a materia idem est qiditas & essentia.in materialibus autem ista diuersa sunt.7.metha.41.3.de anima.9.& ideo principium formale agendi est ipsa forma:sed id quod agit,est ipsa essentia substantiæ compositæ,& in passione,id quod patitur est compositum:sed principium quod est sibi,est materia.Vnde in prohemio metha.actus & generationes,sunt suppositorum,&.7.metha.26.&.27.non generatur forma nec materia,sed si nolon.i.congregatum ex materia & forma.Hoc posito,dico,ꝙ Aristo.& Auer.in.5.phy quando dicunt,ꝙ formæ non mouent,neqꝫ mouentur,loquuntur de formis materialibus.& ista,formas materiales mouere, Possumus intelligere dupliciter vno modo,vt quo,alio modo vt quod.Vt quo verum est,ꝙ forma mouet:quia ipsa est principium formale agendi.Vt quod autem,ipsa non mouet:sed ipsum compositum est,quando in loco allegato dicitur,ꝙ forma non mouet,intelligitur de mouere vt quod,Et sic verum est,ꝙ forma non mouet.Et quando dicitur,ꝙ existimabitur semper aliqua species mouens.in rebus habentibus formam in materia,talis est intellectus,ꝙ omne agens debet habere aliquam formam,per quam sit in actu,& per quam agat,& sic nulla erit contradictio.¶ Pro maiori euidentia est notandum,ꝙ formæ abstractæ & materiales differunt,& conueniunt:nam omnis forma habet per se mouere:quia hoc ipsis formis competit,in quantum sunt formæ differunt autem, quia materialis forma licet per se moueat,per accidens tamen mouetur:quia est constituta in esse per suum subiectum,& ideo per

Formæ sūt in duplici differētia.

Formæ abstractæ & materiales differūt & cōueniunt.

accidens mouetur ad motũ sui subiecti. Vnde Auer. 4. cœli. 22. & 3. cœli. 28. ait, lapis. n. mouet se inquãtũ est grauis in actu, & mouetur inquantũ est potentia inferius. Et cã in hoc: quia inuenitur vno mõ in actu, & alio mõ in potẽtia est: quia cõponitur ex materia & forma fo orma. n. eius mouet inq̃tũ est forma, et mouetur, secũdũ ꝙ est in materia. Nõ. n. est in potẽtia inferius, nisi secundũ ꝙ est in materia. Ecce ꝙ formæ materiales quoquomodo fiunt per accidens: secus aũt est de formis abstractis: quia ille solũ sunt per se motrices, et nullo modo motæ per accidens in se consideratæ, nec etiã per se: quia moueri per se repugnat formis, inquantũ sunt formæ, quia tale vt sic, est potẽtiæ & materiæ. repugnat ẽt talibus, ꝙ sint ꝑ accidẽs motę rõne materiæ: quia tales nõ sunt formæ in materia, nec sunt cõstitutæ inesse per subiectum. Vnde Auer. 9. diuinę philosophiæ. 2. ait, formæ quæ nõ sunt in materia, nõ patiuntur essentialiter, neq; accidentaliter, cõtra hoc dictum affertur instantia de intellectu possibili. Pro cuius solutiõe videas Auer. 3. de anima. 38. & Zimarã solutione prima in cõtradictionibus 9. metha. quæ dicta breuitati studens, non adduco.

VTRVM IVVENIS QVO AD SVI INQVISTIONEM EXCELLAT SENEM IN SVI INQVISITIONE. CONCORDANTIA CENTESIMA.

ARist. 6. ethi. cap. 9. ait quare fit, ꝙ puer mathematicus q̃dẽ fieri põt, sapiẽs aũt vel phisicus nõ põt. Ex q̃bus videtur, ꝙ senex excellere debet, & nõ iuuenis, q̃a in antiquis est sapiẽtia, & in lõgo tp̃e prudẽtia. Etiã Arist. 3. topi. cap. 3. ait. nemo. n. iuuenes eliget duces, eo ꝙ nõ cõstat ipsos esse prudẽtes. & 7. poli. cap. 9. iuuenibus insunt vires, senibus prudẽtia. Oppositum huius vidẽtur ex Arist. 4. cœli. 11. vbi ait. Quibusdã vero nõ sufficiẽs visum est, sic distinguere, sed eq̃dẽ sic existẽtes antiquiores, de hisce tñ quę nunc sunt dicta, mõ magis nouo intellexerũt, vbi innuit, ꝙ sermo Democriti & Leucipi dato ꝙ fuerint priores in tp̃e, est magis cõueniẽs naturæ, q̃ sermo Platonis, & deberet esse ecõtrario: sermo. n. posterioris deberet esse acutior & rectior, & in hoc reprehendit Platonẽ (vt Auer. in Cõ. dicit.) q̃d ẽt rõne ostẽdi põt, quæ talis est siue intellectus vnitas, siue pluralitas teneatur, certum est, ꝙ merito intellectus iuditii melioritas in hoc homine q̃ in illo nõ est. sed pp cogitatiuæ diuersitatẽ, & cõsequẽter illud iuditiũ est ꝑfectius, q̃d ex meliori cogitatiuæ dispõne depẽdet. sed iuuenis cogitatiua ꝑfectior existit, q̃ in sene. Vñ tẽperamentum solũ repitur in iuuene. Senes aũt nõ sunt nec sani nec ęgri sed neutri, quare &c. ¶ Huic dubitationi duos inueni satisfaciẽdi modos. Primus fuit, quẽ sequebat Petrus Trapolinus, qui nostroꝝ prædecessoꝝ præceptor fuit. & ponit Zimara theo. 53. qui talis est, ꝙ per se iuditium iuuenis est ꝑfectius, q̃ in sene, quia phantasmata iuenis sunt ꝑfectiora. Vnde dicit Home. ꝙ isti senes hñt hereuias. i. furias infernales, q̃a vidẽt se esse proximos morti, quia vident semꝑ deficere calorẽ. sunt. n. vt lucerna extinctioni parata. tñ per accidẽs cõtingit oppositum, quia iuditium requirit experimẽtum iõ, quia hñt experimẽtum, per accidẽs cõtingit, vt iuditiũ senis sit melius. Et ẽt ex alia cã, quia licet iuuenis habeat cogitatiuã perfectiorẽ: tñ pp abundantiam sanguinis est multum pronus ad iram & luxuriã. magis. n. iuuenes q̃ senes a cõcupiscentijs molestantur. 3. topi. 3. vnde. 7. phy. 20. de perficientibus hominẽ ad virtutes morales est castitas. Et ista argumenta probant per accidens. Et sic secundum istum excellentem viꝝ tollitur cõtradictio, quia vbi Arist. dicit, iuuenes excellere, veꝝ est per se. vbi oppositum dicit, veꝝ est, quia per accidens illud reperitur pp causas prædictas. ¶ Alius est modus & est rñsio Zimaræ super. 4. cœli qui vult, ꝙ secus est de inquisitione, & secus est de iuditio. iuuenis quãtum ad inquisitionem & inueniendum est perfectior: & hoc q̃a iuuenis est cerebri calidi. vnde Gal. 2. paruæ artis caliditas cerebri cognoscitur ex facili discursu. & ita quãtum ad inuentionẽ melior est iuuenis. sed quantum ad iudicãdũ requiritur aliud tẽperamẽtum. Vnde cerebrum aliter tẽperat cor, vt discursui deseruit, q̃ vt iuditio deseruiat: bonitas aũt iuditij attestatur frigiditatẽ: quia qui iudicat, nõ debet esse velox & ꝑceps, sed tardus, quia iuditium difficile est. Quia ergo cogitatiua senis magis declinat ad frigiditatẽ, iõ ad iuditium senes optimi sunt. Vnde Diuus Hiero. scribens ad Augustinũ. Bos senior grauius figit pedẽ, & hac de cã dicit iste doctor respu. Venetoꝝ in cõsilio rogatoꝝ admittit iuuenes & senes, vt quæ inueniunt iuuenes: senes diiudicẽt. Et subdit, ꝙ veritas & mos Aristo. talis est, quia vult ex. 1. metha. ꝙ philosophia in veteribus cepit balbutire: iõ omnis ars in sui principio cruda est. & cõsuetudo Aristo. est ista, qñ recitat opiniones antiquoꝝ, dicit, eos magis crudeliter loqui. vnde. 7. poli. dicit, qui autẽ dicunt mœnia nõ esse necessaria ciuitati prisce loquuntur. i. grosse & nõ habẽtes scientiã. Vnde solutio cõtradictionis secundum Zimarã stat in hoc. vbi Arist. iuuenes præstare dicit. intelligitur quo ad inuentionem, vbi vero senes, quo ad iuditium, quidquid sit res in se. ¶ Circa istam q̃onem est sciendum, ꝙ per auctoritatem illam. 4. de cœlo nõ habemus, ꝙ iuuenis excellat senẽ, s. ꝙ si in eadẽ re sit iuuenis & senex in eodẽ tp̃e, quo ambo possint ſpeculari circa illã, ꝙ iuuenis præstare debet. Sed intentio Arist. est ibi, ꝙ iuniores. i. moderniores debent præstare: nã cum videãt alioꝝ scripta, & opiniões, magis pñt speculari, & facile inuẽtis addere. sicut dicebat Gal. in lib. ꝙ optimus medicus idẽ sit & philosophus. Veꝝ rõnabile est, tum pp malã victus rõnẽ, qua tp̃ibus his vtuntur homines: tum pp diuitias virtuti præpositas, vel qualis Phidias inter plastas, vel qualis inter pictores Apelles, vel qualis inter medicos Hippocrates, talem hac ætate effici neminẽ. Quãq̃ nobis, quibus post antiquos illos nasci cõtingit, & ab ijsdem artes plurimũ prouectas accipere, nõ paulo plus cõmodi ad artes ipsas datũ est. Facillimum ergo erat nos ea, quæ vt inueniret diu elaborauit Hippocrates breui tp̃e edoctos, quod vitæ supererat id in ijs quæ arti deerãt inueniendis consumere. Vnde Sermo Arist. intelligitur de antiquioribus & modernioribus sequentibus illos antiquos, & nõ de iuuenibus ex vna parte, & senibus ex altera, eodem tempore. Hoc volui dixisse, nõ ꝙ solutio quæstionis in se bona nõ fuerit, sed ad ostendendum, ꝙ ex illo Arist. tex. non habetur, ꝙ Arist. loquatur de iuuene & sene circa idẽ tempus, vt ibi patet. Et sic dubium cessat.

Duo rñdẽdi modi.

Dictũ Hieronymi

Quid habetur ꝑ auctoritates Aristo.


Dictum Galeni.

HAec itaq; dicta sufficiant, pro pręsenti cõcordantiarum opusculo, ad laudẽ Dei, & Gloriosæ virginis, in quibus ea quæ catholica fides refutat, falsa esse non dubito. mentem. n. Auer. ac Aristo. mihi ostendere fuit curæ, nõ autẽ quod veritas in se expostulat. Illud. n. quod a sancta Romana ecclesia minime dissonat: indubitanter verum censeo. Cui quidem libello finem imposui, in florentissimo gymnasio patauino dum philosophię in illo studio incumberem. 29. Martij. 1539.

INDEX OMNIUM CONCORDANTIARUM PER ALPHABETICUM ORDINEM.

FINIS.

Venetiis per Venturinum Roffinellum.
Mense Augusto. M. D. XLI.



9m1
[illegible]rsmata
[illegible]

Cagnus